DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

Albert Way. Lambeth Pal.
The Legacy of the Revd H. Balfour.
November 1821.
4 Bll, 334 ff.
cpld L.

ROBERTI

BELLARMINI

POLITIANI,

Societatis Iesu,

S.R.E. CARDINALIS,

Institutiones linguæ Hebraicæ, postremò recognitæ, ac locupletatæ.

Huic editioni accesserunt Tabulæ duæ, quarum prima Hebraicæ linguę elementa prȩcipua, altera verò omnium coniugationum tam analogarum quàm anomalarum varietatem comprehendit: Item Linguæ Syriacę Iesu-Christo vernaculę Elementa prima, Syriacis characteribus edita.

שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ לְעוֹלָם׃

ܫܡ ܡܪܝ ܡܒܪܟ ܠܥܠܡ ܀

Apud Petrum de la Rouiere.

M. DC. XVIII.

GENEVAE

RBR
B436I

ADMONITIO
AD LECTOREM.

HAS noſtras Inſtitutiones ad eam rationem, ac viã redigere conati ſumus, vt etiam ſine Præceptore vnuſquiſque per ſe linguæ Hebraicæ, ſi non perfectam cognitionem, certè initia & rudimenta percipere poſſet. Porrò vbicumque reperis aliqua characteribus Italicis impreſſa, ſcito ea cùm minus ne-

ceſſaria, tum magis difficilia eſſe, quàm vt à tyronibus initio legi oporteat: quæ tamen, cæteris anteà perlectis, ſine labore vllo intelligentur.

INDEX CAPITVM PARtis primæ, quæ est de ratione legendi & scribendi.

De literis consonantibus. Cap. 1. Pap. 1

De punctis, quæ locum obtinent vocalium. 2. 11

De semipunctis, id est, de sceua, & punctis raptis. 3. 20

De daghec, & raphe. 4. 26

De literis quiescentibus, & mappic. 5. 31

De accentibus. 6. 35

Partis secundæ, quæ est de Nomine.

De ijs, quæ nomini generaliter accidunt. Cap. 1. pag. 48.

De varijs nominum formis. 2. 55

De nominibus numeralibus. 3. 65

De pronomine. 4. 69

Partis tertiæ, quę est de Verbo.

De verbo in genere. Cap. 1. pag. 9

De verbo perfecto. 2.100
De verbis defectiuis. 3.136
De verbis quiescentibus 4.153
De verbis compositis polysyllabis, & anomalis.
De affixis verborum. 6.199
De literis paragogicis. 7.212

Partis quartę, quę est de reliquis partibus orationis, & de Syntaxi.

De aduerbio, Præpositione, Coniunctione, & interiectione. *Cap.1.pag.214.*
De literis seruilibus, 2.219
De inuestigatione Thematis, & usu Dictionarij. 3.232
De Syntaxi. 4.234

Partis quintæ, quę est de Poëtica.

De Poetica vniuersè, siue de Metris, & Canticis recentiorum Hebræorum. Pa. 245
De syllabis, ac pedibus. *Cap.1.pag.246*
De quibusdam versuum appellationibus. 2.248

2.248
De rhythmo versuum. 3.249
De locis rhythmi. 4.251
De carmine simplici, & composito. 5.256
De duodeuiginti generibus carminis compositi. 6.256
De figuris versuum Hebraicorum. 7.266
De coniunctione versuum diuersi generis, & de cæsura. 8.275

Exercitatio Grammatica in Psalmum XXXIV. *Pag.*278

INSTITVTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ pars prima.

***

CAP. I.

De Literis.

LITERÆ Hebræorum, quas ipsi ניניח Othijoth appellant, omnes sunt cōsonantes. Earum numerum & ordinem, qui ex Threnis Hieremiæ, aliisque similibus Alphabeticis libris colligitur, nec non figuras, nomina, & ipsorum nominum significationem, denique potestatem siue sonum ipsarum, & quorum numerorum notæ sint, subiecta tabella indicabit.

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
1	א	*aspiratio leniſſima*	*Aleph* אָלֶף	*Quaſi* אַלּוּף *Alluph, id eſt, princeps, quòd ſit principium Alphabeti.*
2	ב	*B, Græcum, ſiue, v, conſonans.*	*Beth* בֵּית	*Domus, quòd figura ſua domum imitetur: ſumma enim linea tectum, infima pauimentum, media parietem, vacuitas è regione portam refert.*
3	ג	*gh*	*Gimel* גִּמֶל	*Quaſi* גָּמָל *gamal, id eſt, camelus, propter gibbum, quem in dorſo gerit.*
4	ד	*dh*	*Daleth* דָּלֶת	*Quaſi* דֶּלֶת *deleth, id eſt, porta,*

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				ta, quòd eam ſuis lineis aliqua ex parte referat.
5	ה	*h*	*He* הֵא	*A ſono quem exprimit, nomen accepit.*
6	ו	*v*, conſonãs.	*Vaii* וָו	*Vncinus, quòd eius ſimilitudinem præ ſe ferat.*
7	ז	ζ, græcum.	*Zain* זַיִן	*Quaſi* זַיִן *zen, id eſt, telum, quòd claua eſſe videatur.*
8	ח	*ch*, vel χ græcũ	*Cheth* חֵית	*A ſono proprio ſic vocatur.*
9	ט	*t*	*Teth* טֵית	*Item à ſono.*
10	י	j, cõſonans.	*Iod* יוֹד	*Quaſi* יָד *jad, id eſt, ſpatium, quod propter*

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				suam exiguitatem relinquit.
20	כ	*cch*	*Caph*	*A curuitate sic dicitur, nam* כְּפַף *Caphaph, incuruare significat, &* כַּף *Caph, rem curuam, vt volam.*
	ך	*ch*	כַּף	
30	ל	*l*	*lamed* לָמֶד	*A* מַלְמַד *Malmad, id est, stimulo, seu ueru, cuius similitudinem exhibet.*
40	מ	*m*	*Mem*	*A sono, vt in aliis linguis.*
	ם	*m*	מֵם	
50	נ	*n*	*Nun*	*Item a sono.*
	ן	*n*	נוּן	
60	ס	*ſ*	*ſamech* סָמַךְ	*Quasi* סָמוּךְ *Samuch, id est, continuatum, & in se ductum, à* סמך

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				סָמַךְ *continuauit.*
70	ע	*Aspiratio dẽsissima.*	*nghæin* עַיִן	*Oculus, quòd eius figuram imitetur.*
80	פ	*p ph*	*Pe*	*Os, seu vultus,*
	ף	*ph*	פֵּא	*à figura.*
90	צ	*ts*	*Tsade*	*Uenabulum,*
	ץ	*ts*	צָדִי	*quòd ei non dissimile videatur.*
100	ק	*q, vel k*	*Coph* קוֹף	*Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quem dẽscribit: nam* קוף *cuph, circuire est.*
200	ר	*r*	*Resc* רֵישׁ	*Quasi* רֹאשׁ *Rosc, id est, caput, quòd aliqua ex parte illius figuram*

Num.	Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				imitetur.
300	שׁ שׂ	*Sc* *S vide Iud. c. 12. v. 6.*	*Sin* שִׁין	*Quasi* שֵׁן *Scen, id est, dens, quòd dentata sit littera.*
400	ת	*th, siue ϑ Græcum.*	*Tau* תָּו	*Signum, siue terminus: quòd alphabetum terminet.*

ך ם ן ף ץ א

500 600 700 800 900 1000

Admonitio de nominibus literarum Hebraicarum.

Literarũ Hebraicarũ nomina antiquissima.

NOmina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam deriuata esse nomina aliarum omnium literarum, veteres omnes docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Iosephum lib. 1. Antiquit. capit. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Augustinum lib. 18. de Ciuitate

Dei,

Dei, cap. 39. ac præcipuè Eusebium lib. 9. capit. 4. & lib 10. capit. 2. de Præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat, primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quòd solæ Hebraicæ literæ nomina habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas vocent alpha, beta, gamma, delta, & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam reddere possumus, quàm quòd Hebræos imitati sint, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato: item Sanctus Hieronymus in epist. ad Paulam Vrbicam, & in Commentario ad Threnos Hieremiæ: nos quoque aliam ab illis non parum diuersam paulò antè reddidimus.

Hebraicarũ literarũ nomina sunt significatiua.

De potestate earumdem literarum.

PRæter ea, quæ in Alphabeto ipso annotauimus, sciendum quoque est, literas omnes Hebraicas in quinque diuisas esse classes, pro nu-

Literarũ Hebraicarum quinque classes.

mero videlicet instrumentorum vocis. 1 Quædam enim dicuntur literæ gutturales, videlicet א ה ח ע.

2 Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet, ב ו מ פ. 3 Aliæ dicuntur literæ palati, videlicet, ג י כ ק. 4 Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet, ד ט ל נ ת. 5 Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet, ז ס צ ר ש.

Literæ gutturales difficulter pronunciantur.

Ex his notandæ possimùm quæ sunt gutturis & labiorum: gutturales præsetim, quarum א Aleph, in summo gutture, siue in ipso ore formatur, respondétq. spiritui leni Græcorum; ita vt nihil addat ad vocalem, cum qua syllabam necessariò efficit, nisi spiritum illum, qui minimùm requiritur ad quālibet vocem proferendam. ה He respondet spiritui denso Græcorum, & nostræ aspirationi h, formatúrque in gutture, sed paulo inferiùs quàm Aleph. ח Cheth est quasi duplex aspiratio densa, &

in

in ipso nodo gutturis, hoc est, inferiùs quã He, formari debet. ע Nghajin, aspiratio est densissima (etsi alij aliter sentiant) fitque cum spiritus narium adiumẽto in imo gutture quodammodo strangulatur. Itaque pronunciatio harum quatuor literarũ à summo gutture ad imum vsq. quasi quibusdam gradibus descendit.

De figuris seu characteribus literarum.

1 PRimùm diligenter intuendæ sunt figuræ, & discrimen notandum similium literarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hæ literæ similes: שעסטוחרגב שצמסוחרנכ

2 Deinde sciendum est, quinque literas dupliciter scribi, videlicet, צפנמכ ץפוסך quarum priores, id est, contractiores, scribuntur in principio, & in medio dictionis; posteriores autem, Quinque literæ dupliciter scribuntur.

quæ etiam longiores sunt, scribuntur solùm in fine.

Appendix.

Inuenitur tamen extra ordinem Isa.9.v.7.ם, in medio, in illa dictione לְמַרְבֵּה *lemarbe, ad multiplicationem & lib.2.Esd.cap.2.v.13.* מ *in fine, in dictione* הֵם *illi.*

Numerorum notæ sunt Hebraicæ literæ.

3 Postremò sciendum est, Hebræos literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipsa tabula literarum ostendimus. Porrò ceteros numeros, quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: Siquidem יא significat 11, יב 12, & sic de ceteris, nisi quòd pro יה, יו scribunt טו, superstitione quadam ducti, quia יה est vnum ex nominibus Dei. Sic etiam post ת, quæ litera efficit 400, non semper ponunt literas illas finales, sed compositos numeros.

Iudæorũ superstitio.

900	800	700	600	500
תתק	תת	תש	תר	תק

CAP.

CAP. II.

De punctis, quæ Vocalium loco sunt apud Hebræos.

VETERES Hebræi, quòd nullas haberent propriè vocales literas, vtebantur interdum earum loco quatuor consonantibus, videlicet, א Aleph, ה He, ו Vau, י Iod. & quidem per Aleph, & He, exprimebant, a, & interdum alias vocales: per Vau, o, &, u: per Iod, e, & i.

Hebræi veteres non habuerunt vocales literas.

Appendix.

Erat autem difficillimus harum vocalium vsus, tribus potissimùm de causis: primùm enim eædem literæ interdum fungebantur munere suo, id est, consonantium, interdum alieno, id est, vocalium: nec facilè dijudicari poterat quando vno officio, quando altero fungerentur. Deinde quum eadem litera diuersarum vocalium locum obtinere posset, vt iod, e, & i, vau, o, & u, quis facilè diuinaret, huiúsne, an illius po-

Difficilis quondam fuit Vocalium vsus apud Hebræos.

tiùs locum obtineret? Accedebat postremò, quòd sæpe nulla harum quatuor literarum expresse in vocibus Hebræicis habebatur, sed sub intelligenda erat. Itaque magis vsu loquentiũ, quàm præceptis, ratio legendi, vel pronunciandi, apud Hebræos olim conseruabatur: quod non obscurè indicat B. Hieronymus in epist. 126, quæ est ad Euagrium.

Posteriores Hebræi, tum ad minuendam difficultatem, tum etiam ne paulatim scientia linguæ Hebraicę penitus, interiret, quæ ipsi traditione maiorum, & vsu, didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam excogitatis punctis, quæ vbique locum Vocalium obtinerent.

Appendix.

Punctorum vsus quando apud Hebr. cœpit.

Quamquam non est omnino exploratum, quo primùm tempore eiusmodi puncta literis Hebraicis addita fuerint: atque adeò nonnulli contendunt, Biblia ab ipso Moyse, aut certè ab alio quopiam præstanti diuinæ

diuinæ legis Doctore ante Christi aduentum punctis fuisse, accentibúsque distincta: tamen probabilis est sententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in Præfatione Massoreth affirmat, id factum esse apud Tiberiadem Palestinæ anno 436. ab euersione templi, id est, anno salutis nostræ 476.

Sunt igitur puncta decem, quæ à Grammaticis dicuntur נקדות necuddot, vel תנועות thenunghoth, pro longis Vocalibus quinque, & quinque pro breuibus: quorum characteres, potestatem, nomina, & significationes, subiecta tabella indicabit. Alia enim tria sunt præterea puncta breuissima, siue semipuncta, de quibus in sequenti capite.

Tabula punctorum vocalium.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
◌ָ	*a, lŏgŭ*	*camets* קָמֶץ	*Dicitur à verbo* קָמַץ *Camats, quod est colligere, quia col-*

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			lecto ore obscurè pronunciatur, sono quodam medio inter a, & o.
-	a, breue	Patach פַּתַח	Dicitur à verbo פָּתַח Patach, quod est aperire, quia aperto ore clarissimè pronunciatur, planè vt a, Latinum.
-	e, longum	Tsere צֵירֵי	A verbo צור tsur, quod est coarctare: quia proferri debet obscurè, vt e Italicum in vocibus, penè & penna.
-	e, breue	Segol סֶגוֹל	A nomine Chaldæo סְגוּלָא Segulla, quod botrum significat, quia eius formam imitari videtur: profertur autem

Fig.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			clarè, vt e, Latinum in voce penna.
1.	*i, longũ*	*Chiric gadol* חִירִק גָּדוֹל	*Chiric magnum, à sono quem edit, nomen accepisse videtur.*
2.	*i, breue*	*Chiric caton* חִירִיק קָטוֹן	*Chiric paruum, similiter à sono nomen accepit.*
3	*o, longum*	*Cholem* חוֹלָם	*A sono, quem efficit priore syllaba, nomen habet.*
4.	*o, breue*	*Cameis chateph* קָמֵץ חָטֵף	*Cameis raptum, nam chataph* חָטַף *rapere significat.*
5	*u, longum*	*Scurec* שׁוּרֶק	*A sono, quem edit priore syllaba: profertur autem vt u magnum Italicum & Germanicum.*
6.	*u, breue*	*kibbuts* קִבֻּץ	*A verbo* קִבֵּץ *kabats, quod est congre-*

gare: quia labiis collectis effertur, vt u Gallicum.

Quo pacto literæ cum punctis syllabam efficiant, subiecta exempla docebunt.

va va ve ve vi vi vo vo vo vu vu

בָ בוֹ בֹ בֵ בִ בְ בֶ בַ בּ בֻ בּוּ

da da de de di di do do do du du

דָ דוֹ דֹ דֵ דִ דְ דֶ דַ דּ דֻ דּוּ

ha ha he he hi hi ho ho ho hu hu

הָ חוֹ הֹ הֵ הִ הְ הֶ הַ הּ הֻ הּוּ

Obseruationes.

Puncta omnia, duobus exceptis, sub literis scribuntur.

1 OMnia puncta subscribuntur literis consonantibus, exceptis Chiric magno, Cholem, & Schiurec, quæ ad latus, vel suprà, scribi debent.

2 Cholem dupliciter notatur, vno modo cum litera Vau, quæ neque hîc, neque in Schiurec pronunciatur, vt infra dicetur. Altero modo sine Vau: & tunc punctum notatur supra consonantem, cum qua facit syllabam, non in medio, sed ad latus sini-

siniſtrum hoc modo, בִּרְהָ, vt diſtinguatur ab accentu Reuiang, de quo infrà dicemus.

Appendix.

Atque hinc fit, vt compendij cauſa vnum atque idem punctum dextrum literæ שׁ *non tantùm ſonet ſe, ſed etiam ſæpè pro cholem proximè præcedentis literæ ſumatur* מֹשֶׁה, *Moſce, Moyſes; pro* מֹשֵׁב; *pro* יֹשֵׁב *Ioſceu, ſedens.*

Regulæ quibus diſtinguitur Camets & Camets chatuph.

3 Camets chateph, quod & camets chatuph, ſeu chateph camets, appellatur, hoc eſt camets raptum, ſæpiſſimè ſcribitur ſine illis duobus punctis additis ad Camets, ita vt figura non diſtinguatur à Camets longa vocali. Vt ergo poſſit intelligi, quando eiuſmodi punctum ſit Camets, & quando Camets chatuph, hæ regulæ obſeruandæ ſunt. Prima, ſi nullum habeat accentum rhetoricum, & mox ſequatur Sceua, aut Daghes, non eſt Camets, ſed Camets

chatuph, vt חָכְמָה *chochma, sapientia,* non *chachma*, בָּלוּ *collu, finitæ sunt*, non *callu.* Accentus tamen rhetoricus sæpè intelligendus est, quamuis non exprimatur. Secunda, si sequatur accentus Maccaph, & proximè non præcedat א aut ה, illud est Camets chatuph, כָּל־אָרֶץ *col erets, omnis terra,* non *cal erets.*

Appendix.

Tertia, in finibus verborum, si quidem accentus præcedat, est etiam Camets chatuph, vt וַיָּקָם vaijacom, & surrexit, *non* vaijacam.

Appendix.

Aliàs semper est camets, Porrò quid sit accentus rhetoricus, quid sceua, daghes, & maccaph, paulò infrà suis locis dicetur: quia tamen interdum euphoniæ causa excidit daghes ex litera, quæ proximè sequitur post camets chatuph, ita vt putari possit camets longum id, quod re vera est cameis chatuph: idcirco tunc, etiam in libris corre-

correctissimus, scribitur camets chatuph cum duobus punctis expresse additis ad dexteram ipsius camets, hoc modo . . .

4 Obserua in pronunciatione literarũ cum suis punctis, priùs sonare & audiri debere literam, quàm punctum literæ subiectum: non enim dicimus בַ *ab*, sed בַ *ba*: excipiuntur tamẽ duæ literę gutturales ה, & ע, quando in fine dictionis existentes sub se habent Patach: tunc enim priùs proferri debet punctum, quàm litera. Itaq; dicemus יְשׁוּעָה Iehoschiuang, non Iehoschiungha, מָשִׁיחַ Maschiach, non Maschicha.

Litera in pronunciatione priùs sonat quàm punctum subiectũ.

Obseruãda singularis pronunciatio literarum ע & ה.

Appendix.

Huius exceptionis ratio est, quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandas, sed solùm vt literæ illæ ex gutture pronunciari possint, siquidem integra nomina sunt, in exemplis allatis, יְשׁוּעָה מָשִׁיחַ: experientia autem docet, non posse

in his nominibus ex gutture pronunciari vltimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, vbi hæ literæ vltimum locum occupant, nisi præcedat camets, aut patach. Quotiescunque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets, aut patach, necessariò additur patach sub istis literis, vt ritè proferri possint: quod idcirco dici solet patach suffuratum, seu patach necessitatis.

Patach suffuratum.

5 Quod autem diximus de literis ה, & ע, habet etiam locum in litera ה, quando punctum habet in ventre, vt patet in isto nomine אֱלֹהַּ, Deus: dicimus enim eloah, non eloha.

ה, quum punctum in ventre habet, quomodo pronuntietur.

CAP. III.

De Semipunctis.

PRÆTER illa decem puncta, quæ locum obtinent vocalium tùm longarum, tum breuium, sunt alia tria puncta, quæ breuissimarum vocalium vices gerant:

Puncta tria, quæ vices gerunt breuissimarum vocalium.

rant: nimirum sceua, chateph patach, & chateph segol, de quibus ordine dicemus.

2 Sceua, Hebræis שְׁוָא vel שְׁבָא, constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito, hoc modo : , quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet auribus, neque syllabam cõstituit, sed potiùs trahit literam sibi impositam ad præcedentem, vt cum ea syllabam componat, vt quum dicimus הָלַךְ *halach ambulauit.* Quando sonat, idem valet quod *e* breuissimum, & syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, vt quum dicimus דְּבַר *de var, verbum.*

Sceua quiescens.

Sceua sonans.

Adnotatio.

Et hinc fortasse nomen accepit: videtur enim שְׁבָא *dici à verbo* שוב, *quod est redire, quia literam suam ad præceden-*

Sceua vnde dicatur.

tem trahit, & quodammodo redire facit. Atque hinc fit, vt omnis litera in fine dictionis, exceptis quiescentibus, quæ sunt אהוי, *si nullum habeat punctum, censeatur habere sceua, licet non inueniatur expressum, nisi sub literis* בגדכפת *quando habent daghes lene, quod tum demum apparet, quum aliquid additur,* פָּקַד *vt* פָּקְדָה *visitauit, visitasti. Reperiuntur præterea sceua finale sub litera* ך, *licet non habeat daghes lene, atque in tribus alij dictionibus* שטש *declinet, Prouerb. 7.* שָׁטַךְ *verit as, Prouerb. 22.* וַיַּשְׁקֵךְ *potum dedit, Gen. 29.*

Quæ literæ in fine dictionis censeantur habere Sceua.

Regulæ ad distinguendum Sceua sonâs & quiescens.

3 Ad internoscendum autem quãdo sceua sonet, & quando quiescat, hæ regulæ seruandæ sunt. Prima, sceua in initio dictionis semper pronunciatur, vt לְמוֹד *lemod, discę*, non *lmod*. Secunda, in fine dictionis nunquam pronunciatur, vt וַיֵּשֶׁת *vaiješt, & bibit*, & non *vaiješte*. Tertia, in medio dictionis pronunciatur solùm

sub

sub litera geminata, vt הַלְלוּ *halelu, laudate*, non *halla*, רִבְבוֹן *rivevon, decem millia*, non *rivvon*: sub litera quæ habet punctum in ventre, vt לִמְּדוּ *limmedu docuerunt*, non *limmdu*: post alterum sceua, vt יִלְמְדוּ *jilmedu, discent*, non *jilmdu*: denique post vocalem longam carentem accentu Grammatico, vt לָמְדָה *lameda, didicit*, non *lamda*. In לָ enim est accentus Rhetoricus.

Prima exceptio.

Duo Sceuam in fine dictionis: quiescunt.

Quando duo sceuaim sunt in fine, vtrumque quiescit, etiam si primum sit post longam vocalem, & secundum sit post alterum sceua, vel sub litera habente punctum in ventre, vt יֵשְׁתְּ *jest, bibet, non jeste,* יֵבְךְּ *jevch, flebit, non jeuech. Quanquam id nonnulli negant, præsertim si vltima litera sit affecta puncto daghes: tunc enim vltimum sceua pronuntiandum putant,* יֵשְׁתְּ *jesthe.*

Secunda exceptio.

Sceua post vocalem lõgã quando quiescit.

Quando vocalis longa notata est accentu Grammatico, sceua sequens quiescit, vt לְמוֹדְנָה *lemodna, discite, non lemodena, vel quando vocalis longa eo loco habetur pro breui, vt* וְ *u coniunctio quũ ponitur pro* וְ *ve, ne duo sceua in principio concurrant initio: tunc enim sceua sequens quiescit, vt* וְנִרְמְמָה *vnromemah, & exaltemus, non vneromemah, vt infrà in 4. par. c. 2. fusiùs dicetur.*

Appendix.

Regula seruanda vt perfectè pronuntietur Sceua.

Obseruandum verò est, ad perfectam pronuntiationem semipuncti sceua, quum post sceua sequitur litera gutturalis, ipsum sceua, quorundam sententia, debere proferri ferè ad eum modum, quo profertur punctum subiectum literæ gutturali, & si adsit accentus, qui dicitur gahaia, proferendum planè eo modo, quo profertur punctum literæ gutturalis: dicimus enim תְּחִי *tichi, viuet non techi. Idem dicendum est de sceua præcedente jod sine chiric: vergit enim nunc sceua ad sonum chiric, & si adsit*

sit gahaia, sonat plane vt chiric, vt בִּיַּד *biiad in manu, non beiad. Quanquam alij probabiliùs fortasse aliter sentiunt, & semper sceua mobile, vt e, pronuntiandum esse contendunt.*

4. Hæc de Sceua simplici: nunc de compositio, siue de punctis raptis, dicamus. Chateph patach est punctum compositum ex sceua, & patach, hoc modo, ֲ, & sonat *a* breuissimum. Chateph segol est punctum compositum ex sceua & segol, hoc modo ֱ: & sonat *e* breuissimum. Sceua compositum.

Adnotationes.

1 *Vtrumque Sceua compositum præcipuè literis gutturalalibus* ע ח ה א *pro sceua simplici subijcitur: & quidem frequentiùs chateph patach, quàm chateph segol.* Puncta rapta quorsum inuenta.

2 *Immò verò chateph patach sub alijs quoque literis præter gutturales inuenitur interdum, vt* בֵּרְכוּ *beracu, benedixerunt,* גֵּלְלוּ *ghillalu, reuoluerunt,* צָלְלוּ *tsalalu, demersi sunt. Exod. 15.*

3 *Quatuor tamen causæ dicuntur, cur etiam Sceua simplex gutturalibus subijci queat. Prima, si præcedat accentus Grammaticus*, שַׁלְחֵנוּ schialachnu, misimus. *Secunda, si præcedat chiric sub litera seruili*, יִהְיֶה jihjeh, erit, תִּחְיֶה tichjeh, viues. *Tertia, si sequitur daghes*, יַחְפֹּץ iachpots, volet, נֶאְדָּר nedar, magnificus. *Quarta, si sequatur litera capax solius daghes fortis, sed eo non affecta*, מַעְיָן manghian, fons, יֶחְסַר jechsar, deficiet. *Sed hæc faciliùs vsu discuntur.*

CAP. IV.

De Daghes, & Raphe.

SVpersunt adhuc alia duo puncta, quæ etsi vocalium literarum munere nequaquam funguntur, suo modo tamen pronuntiationē non parùm iuuant. Ea sunt דָּגֵשׁ & רָפֶה Raphe.

Daghes quid sit.

Daghes est punctum in medio literæ impressum, cuius officium est

vim

vim quandam addere ipsi literæ. Est tamen duplex Daghes, lene, & forte. Lene roborat literam: Forte duplicat. Exemplum lenis בית *beth*, *domus*, non *veth*. Exemplum fortis דִּבֶּר *dibber loquutus est*, non *diber*. Porrò Daghes forte inueniri potest in omnibus literis, exceptis gutturalibus א ה ח ע, & ר.

Daghes duplex.

Daghes forte in quibus sit literis.

Appendix.

1 *Quamquam etiam aliquando* א, *Aleph & ר Resc. sed rarissimè, daghes recipiunt. vide Genes.* 43, 23. 1. *Esdr.* 8, 18. *Leuit.* 23. 17. *Iob* 33, 20. & 1. *Reg.* 1, 6. 1. *Reg.* 10. 24. 4. *Reg.* 4. 22. *Prou.* 10, 14. *Prou.* 15. 1. *Cant.* 5, 2, *Psal.* 52, 5. *Hierem.* 39, 12. *Habac.* 3, 13. *Ezech.* 16, 4.

2 *Ratio verò cur infigatur daghes forte in literis multiplex est. Primùm infigitur ad supplendum defectum literæ Nun in coniugatione Niphnghal, in defectiuis penun, in* נָתַן *nathan, in præpositione* מִן *min. Secundò, ad supplendum defectum literæ*

Causæ inscribendi Daghes forte in literis.

gem

geminatæ in verbis duplicantibus y *ngha-jin, & ad supplendum defectum literæ* ה *in verbis, quæ habent tertiam radicalem* ה, *& quando in hithpael* ת *&* ט *conueniunt. Tertiò, ad ostendendum coniugationis grauitatem in Piel, Pual, & Hithpael. Quartò, post* ה *demonstratiuum, &* ו *versiuum, nisi sequatur litera sceuata. Quintò, sed rarò, solius euphoniæ causa.*

Daghes lene in quibus reperiatur literis.

2 Daghes lene non reperitur nisi in sex literis, quæ duabus hisce vocibus continentur בגד כפת, quia tamẽ etiam hæ literæ daghes forte habere possunt, ideo vt sciamus, vtrum daghes in his literis infixum, sit forte, vel lene, hæc regula notanda est.

Regula de Daghes.

Initio dictionis nunquam esse potest, nisi daghes lene, & similiter in medio, & fine, post sceua quiescens. Itaque in hac dictione תּוּכוֹר *tuzcor, recordaberis*, vtrumque daghes est lene: in hac verò דִּבַּרְתָּ *dibbarta, loquutus es*, primùm est lene, secundum for-

forte, tertium lene.

3 Raphe Hebraicè רָפֶה, id est, lene, est virgula quædam literæ suprascripta hoc modo בֿ, quæ linea significat literam esse molliùs pronunciãdam, quàm si haberet dages. Itaque literæ בגד כפת cum daghes leni pronuntiantur leniùs, vt latinæ literæ b,g,d,c,p,t. Si verò habeant raphe, בֿגֿדֿ כֿפֿתֿ pronunciantur asperiùs, בֿ vt *u* consonans, גֿ, vt gh, דֿ, vt dh, כֿ, vt ch, vt quorundam sententia nihi à litera ח differe pronunciando videatur, פֿ, vt ph, siue φ Græcorum, תֿ denique vt θ Græcorum, siue th. Raphe quid.

4 In plerisque tamen libris raphe non exprimitur, sed semper subintelligitur, vbi nullum est daghes.

Appendix.

Quòd verò ad orthographiam attinet, vbi sit ponendum daghes, & vbi raphe, hæ regulæ seruandæ sunt. Quæ sint punctorũ Daghes & Raphe loca.

1 *Initio dictionis semper est raphe, præ-*

terquam in literis בגדכפת, *quæ dagheſ habent, niſi litera præcedens fuerit vna ex quieſcentibus, quæ ſunt* אהוי, *quamquam etiam his præcedentibus quattuor locis habent dagheſ. Primùm ſi litera quieſcens non quieſcat eo loco,* וּפִי גְמַל שִׂפְתֵי תִפְתַּח *deinde ſi habeat accentum diſtinctiuum;* לְבָנָה כּוֹכָב *luna, ſtella. Tum ſi dictio quæ incipit ab vna ex literis* בגד כפת begad chephath, *ſit monoſyllaba, aut habeat accentum in penultima,* וְזָבַחְתָּ פֶּסַח *ſacrificaſti Paſcha. Poſtremò ſi maccaph coniungit* ה *dictionis monoſyllabæ cum dictione incipiente ab vna ex literis* בגד כפת; מַה־בְּצַע *quę cupiditas? aut contrà, ſi dictionem huiuſmodi monoſyllabam præcedat dictio deſinens in* ה *cum maccaph,* יִצְפֶּה־בִּי *ſperabit in me.*

2 *In medio & fine dictionis poſt longam vocalem ſemper eſt raphe, niſi notetur accentu: tunc enim dagheſ eſſe poteſt,* לָמָּה cur: *ex quo apparet ſciri interdum pro parua vocali haberi, quum admittat poſt ſe*

se daghes, חוֹכְחוּט.

3 *In medio, & fine, post vocalem brevem semper est daghes, aut scewa silens, nisi notetur accentu: nam in* שָׁבַת habitare, *illud* ב *propter accentum non habet daghes, aut nisi camets chateph, præsertim deductum ex cholem*, טז קְדֹשִׁים.

4 *In medio, & in fine post scewa mobile, & puncta rapta, semper est raphe, præterquam in hac voce* שְׁתֵּי שְׁתַּיִם duo.

5 *In medio, & in fine post scewa quiescens semper est raphe, præterquam in literis* בגד כפת *quæ habent daghes lene: exceptis paucissimis*, טז מַלְכוּת regnum עַבְדִּי serui, *& similibus.*

CAP. V.

De literis quiescentibus, & mappic.

QVatuor literæ, quæ hoc nomine continentur אהוי *chevi*, quiescentes dicũtur, quia interdum proprio puncto vocali destitutæ, nullum sonum auribus exhibent

Literæ cur dicẽtur Quiescentes.

bent, sed in præcedenti puncto quiescunt: cuius rei ratio est quòd, vt suprà diximus, iis vtebantur olim Hebræi loco vocalium: nunc autem inuenta sunt puncta, quæ earundem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque necessariò literæ istæ, post inuenta puncta, interdum sonant, interdum quiescunt: sonant quando funguntur munere suo, id est consonantium: quiescunt quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

Explicemus de singulis seorsim.

א quibus in locis quiescat.

א quiescit in medio, & in fine post omnes vocales longas, & interdum post segol, & patach, vt גֹּמֶא *juncus*, & וַאדֹנָי *& dominus*.

ה quãdo quiescit.

ה quiescit solùm in fine post camets, tsere, cholem, longas vocales, & post segol, & patac, breues, vt פֶּה *os* מַה *quis*: post alias vocales longas non facilè reperitur litera ה: tamen, si inuen-

inueniretur, sine dubio etiam in illis quiesceret.

Exceptio de Mappic.

ה quãdo in fine dictionis non quiescit.

Est autem obseruandum interdum ה *in fine post longam vocalẽ non quiescere. Ad quod significandum scribitur tunc punctum quoddam in medio eius, hoc modo* ה, *vel sub illa, hoc modo* הּ: *quod quidem punctum non est daghes, quia non duplicat, nec roborat literam, sed est* מפיק mappic, *id est eductor, quia educit sonum, dum facit vt littera sonet, quæ alioquin quieuisset.*

Mappic quidnam sit.

Solet verò mappic potissimum adhiberi in pronominẽ affixo generis fœminini, vt בִּנָּהּ filius eius: *præterea in nomine Dei* אֱלוֹהַּ, *& in quatuor verbis,* admirari, superbire, amare, splendere

נִגָּהּ בִּמָּהּ גָּבַהּ תָּמַהּ

ו quando quiescit.

ו quiescit in medio, & in fine post tsere, segol, & chiric: aliàs sonat vt j, consonans. Porrò in fine post camets, patach, cholem, & sciurec coalescit cum præcedente, vt vocalis in

dipthongum, vt אֲדֹנַי *adonai*, *Dominus*, trisyllabum: דְּבָרַי *deuarai*, *verba mea*, similiter trisyllabum: גּוֹי *goi* monosyllabum, *gens*: בָּנוּי *banui*, *ædificatus*, duarum syllabarum. Interdum etiam recipit mappic, vt in dictione מַלְכֻיוֹת *regna*, & רֵאשִׁיוֹת *pricipia*.

ו quando admittit Mappic

ו quando quiescit.

ו quiescit in medio, & in fine sub cholem & in sciurec: aliàs sonat vt u consonans, & in fine post camets, & patach, tsere, & chiric, coalescit in diphthongum, etiamsi intercedat jod quiescens, vt דְּבָרָיו *devarav verba eius*, קָו *kav, linea*. שָׁלֵו *schalev, quietus*, פִּיו *piv, os eius*.

Appendix.

Literæ quiescentes sunt necessariæ.

1 *Notandum verò est, quiescentem literam necessariam esse ad longarum vocalium prolationem, & ideo semper eis vel actu, vel potestate adesse: idcirco enim in illa sententia*, לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶּסֶל non facies tibi sculptile, *illud* פ *non hadghes lene, quia præcedit* ה, *virtute con-*

contentum in camets dictionis לְךָ

2 *Præter hæc puncta iam explicata, quæcunque aliæ lineolæ, notulæ, apices, quacunque forma, vel situ occurrant, accentus habendi sunt, excepto signo, vel circulo* כְּתִיב, *id est scriptiones, de quo in capite sequenti, appendice.*

CAP. VI.

De Accentibus.

ACcẽtus Hebræis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rhetoricus retinet syllabam, vel coniungit eam alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit syllabam, vt accentus acutus Græcorum, & præterea distinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ: Musicus designat totum, quo syllaba cani debet:

Accentus Rhetoricus.

Accentus Grammaticus,

Accentus Musicus.

2 Porrò Rhetorici accentus quatuor sunt. Primus dicitur Metheg, id est, frenum, cuius officium est retine-

Metheg.

re syllabam quam afficit, ne lingua, nimis celeriter pronuntiando, hæreat, & scribitur sub litera hoc modo, בְ. Secundus dicitur Mazze, cuius idem est officium, & scribitur supra literam hoc modo בֲ. Tertius dicitur Gahaja, & est retinaculum solius puncti sceua: quum methegh & mazze aliis punctis adiungũtur: scribitur autem sic, בֳ. Quartus dicitur Maccaph, cuius officium est coniungere vnam dictionem cum alia, vt instar vnius vocis pronuntientur, & scribitur inter duas dictiones hoc modo, כֹּל־גּוֹי *col goi, omnis gens*

Mazze.

Gahaja.

Maccaph.

Grãmatici accẽtus sunt 31.

3 Grammatici accentus numerantur triginta & vnus, nimirum viginti reges, & vndecim ministri, qui omnes acuunt syllabam quam afficiunt, & præterea distinguunt orationem: quamquam, quod attinet ad distinctionem, ex tanto numero, solùm quatuor sunt propriè Gramma-

matici: reliqui enim magis Musicæ, quàm Grammaticæ deseruiunt.

Quatuor proprie sunt accentus Grammatici.

4 Primus dicitur Soph pasuk siue Siluc, cuius officium est accuere syllabam, & distinguere periodos: scribitur autem sub litera hoc modo, ׃, ita vt figura non distinguatur à Metheg. Facilè tamen vnum ab alio internosces, si animaduertas è duobus accentibus in eadem dictione positis, priorem esse Rhetoricum, posteriorem Grammaticum: vel si vnus tantùm sit, eum necessariò esse Grãmaticum: nulla enim est dictio sine accentu Grammatico, nisi ea quæ per maccaph cum alia iungitur.

Soph pasuch.

Nota.

Grãmaticus accẽtus quando abest à dictione.

5 Secundus est Athnach, qui præterquàm quòd syllabam attollit more aliorum, distinguit medias periodos, seu membra orationis, & hoc modo sub litera pingitur, ׀: hunc tamen vsum non semper habet in libro Iob, Psalterio, & Prouerbiis.

Athnach.

Zakeph caton.

6 Tertius est Zakeph caton, qui & syllabam acuit, vt cæteri, & incisa distinguit: scribitur vt Sceua, sed hoc modo supra literam notatur, בֽ.

Reuia.

7 Quartus est Reuia, qui minimis distinctionibus seruit, & hoc modo supra literam scribitur in medio, בֽ, vel ad latus dextrum בֽ, vt differat à puncto cholem. Cæterorum nomina, & figuras, quamuis ij negligi potuissent, hîc breuiter subiiciemus, ne quid vel à curiosis desideretur.

Accentus Regij.

1	בְ׃ סוֹף פָּסוּק	11	בו לְגַרְמֵה
2	בְ אַתְנָח	12	בְ גֵּרֵשׁ
3	בְ זָקֵף קָטוֹן	13	בְ גְּרֵשַׁיִם
4	בַ זָקֵף גָּדוֹל	14	בֵ יְתִיב
5	בְ רְבִיעַ	15	בֶ זַרְקָא
6	בְ תְּבִיר	16	בַ פָּזֵר גָּדוֹל
7	בְ טַרְחָא	17	בָ פָּזֵר קָטוֹן
8	בְ סִגוֹלְתָּא	18	בֵ קַרְנֵי פָּרָה
9	בְ פַּשְׁטָא	19	בְ שַׁלְשֶׁלֶת
10	בו פָּסִיק	20	בְ תְּלִישָׁא גְּדוֹלָה

Accen-

Accentus ministri.

1 בְ מוּנַח	6 בְ מֵירְכָא כְּפוּלָה
2 בְ עִלּוּי	7 בְ מֵירְכָא כְּפוּלָה
3 בְ מְכַרְבֵּל	8 בְ קַדְמָא
4 בְ מַהְפַּךְ	9 בְ תַּרְסָא
5 בְ מְאֵילָא	10 בְ דַּרְגָא
	11 בְ יַרְחֵן יוֹמוֹ

Appendix prima.

Quod autem ad sedem attinet accentuum, hæ regulæ tradi possunt. Accentus grammaticus in penultima syllaba collocatur. Accentuũ sedes.

1 *Primùm quidem in omnibus nominibus, & verbis, quæ habent segol in vltima,* vt בֶּגֶד beged, vestis, קֹדֶשׁ kodesc, sanctitas, סֵפֶר sepher, liber, מָוֶת maueth, mors, לֶכֶת lecheth, ambulare: *& idem dicendum est de ijs, quæ habent patach in vltima loco segol, quando nimirum vltima, vel penultima est* ח, *vel* ע, vt דַּעַת danghath, scientia, פֶּסַח pesach, Pascha. *Hæc tamen regula locum non habet, quando vltima thematis est* ח: *dicimus enim*

מֹשֶׁה Moſce, Moſes, בּוֹנֶה bone, ædificans, *niſi fortè ſequatur dictio monoſyllaba, aut millel.*

2 *Deinde verò in omnibus nominibus, quæ habent camets, vel patach, ante* ◡ jod *mobile* ◡, *vt* מִצְרַיִם mitſraim, Ægyptus, בַּיִת baith, domus: *ad quam regulam pertinent omnia dualia.*

3 *In ijs nominibus, quæ deſinunt in* jod *præcedente chiric, ſi punctum penultimum fuerit cholem, vel ſegol, vt* קוֹשִׁי koſci, duritia, חוֹלִי choli, infirmitas, שְׁבִי ſcievi, captiuitas.

4 *In iis, quæ terminantur in ſciurec præcedente* ה, *vt* בֹּהוּ bohu, vacuitas, תֹּהוּ tohu, deſolatio, פְּקָדָהוּ pekadahu, viſitauit eum.

5 *In præteriti ſecunda perſona ſingularis numeri, maſculini generis, & prima perſona communis generis, vtriuſque numeri, vt* לָמַדְתָּ lamadta, didiciſti, לָמַדְתִּי lamadti, didici, לָמַדְנוּ lamadnu, didicimus: *niſi forte adſit vau verſuum: tunc*

enim

enim aliquando accẽtus ponitur in vltima.

6 *In præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur sceua in punctum longum, vt* לָמְדוּ lamadu, didicerunt, *pro* לָמְדוּ lamedu. חָפְצוּ chaphetsu, voluerunt, *pro* חָפְצוּ chaphetsu. יְכוֹלוּ jacolu, potuerũt, *pro* יְכְלוּ jacelu. *Idem dicendum est de tertia singulari fœminini generis, vt* לָמְדָה lameda, didicit, *pro* לָמְדָה lameda.

7 *In præteriti tertia plurali, & tertia singulari fœminini generis, verborum quiescentium, vel duplicantium Nghajin, vt* בָּנוּ banu, intellexerunt, בָּנָה ban, intellexit, סַבּוּ ſabbu, circuierunt, סַבָּה ſabba circuiuit.

8 *In tertia præteriti, quando sequitur dictio monosyllaba, vel alia habens accentum in prima syllaba, vt* בָּנָה עִיר bana nghir, ædificauit ciuitatem, קָרָא לַיְלָה kara lajela, vocauit noctem. *Idem seruatur in participijs verborum quiescentium lamed he, vt* בּוֹנֶה עִיר bone nghir:

ædificans ciuitatem.

9 *In secunda pluralí generis fœminini imperatiui, & secunda ac tertia pluralí generis fœminini futuri*, vt לִמּוֹדְנָה lemodna, discite, תִּלְמוֹדְנָה tilmodna, discetis, *uel* discent.

10 *In coniugatione Hiphil, in tertia pluralí, & tertia singulari fœminini generis*, vt הִפְקִידוּ hiphkidu, præfecerunt, הִפְקִידָה hiphkida, præfecit.

In reliquis omnibus tum nominibus, tum verbis, accentus grammaticus collocatur in vltima. Porrò vocabulum huiusmodi quod habeat accentum in vltima, vbi ferè sæpissimè reperitur, vocari solet à Grammaticis Milra: quod autem in penultima, dicitur Millel. Nulla tamen est vox, quæ grammatico siue acuto accentu careat, vt suprà dictum est, nisi quæ per Maccaph cum sequenti voce coniungitur.

Appendix secunda.

De circulo o.

Circulus hic o *vocabulis interdum imposi-*

positus, aliam diuersam lectionem indicat. Quæ quidem lectio in plerisque Bibliorum exemplaribus in margine adscribitur, cum subiecta litera ׀, *id est,* קרי keri lectio, *nam ita vox illa ad marginem appellatur. Quæ autem est in ipso contextu cum hoc circulo* o, *vocatur* כתיב cethiv, scriptio, *quòd scilicet ita ibi scripta quidem sit ea vox, non tamen ita legenda. Verumtamen keri, hoc est vox in margine ⌣ apposita pronuntianda iis punctis, quæ puncta habet cethiv, hoc est vox textus. Exempli gratia, Genes. 24. vers. 16. cethiv in textu est* וְהַנַּעַר vehannanghara: *in margine ⌣ verò keri* והנערה vehannanghara. *Ergo ad hoc ex illo cethiv transferenda sunt puncta, vt legatur* וְהַנַּעֲרָה vehannanghara, & puella. *Hæc autem lectionum varietas adnotata est à Rabbinis in* מַסֹרָה mesara, *vel* מָסֹרֶת masoreth. *Ita enim ab ipsis huiusmodi Obseruationum libri dicuntur.*

Appendix tertia.

De vsu accentuum extra biblia.

Multiplices illæ accentuum figuræ in sacris libris duntaxat reperiuntur, sine quibus, præsertim distinguẽtibus, nullam scripturam Hebræi recipiendam putant: tameſi rationem collocationis, aut ordinis, quem in illis cernimus, se propter peccata ignorare fateantur.

Cæterùm in alijs Hebræorum scriptis, epistolis, libris, qui hisce characteribus propriè Hebraicis constant (siue à Christianis, siue à Iudæis edantur) vnum ex his quatuor subiectis modis ferè obseruari videmus.

Primus modus.

Nudæ tantùm consonantium figuræ ponuntur: prætermissisque omnino non tantũ accentibus omnibus, sed etiam punctis siue vocalibus: additis duntaxat duobus crassioribus punctis ad periodum, siue comprehensionem.

ארל רחום וחמידני בחמד את אשר ישר

בעי

כעיניך בחכמה דרוש באמת ידוע בתם מלות
לתהלה ולכבוד שמך:

El rachum hachamideni bachamad eth aſcier jaſciar benghenecha bechochma daroſc beemeth jadoangh betom milloth lathehilla ulcavod ſciemecha.

Concede mihi, miſericors Deus, quæ tibi placita ſunt, ardenter concupiſcere, prudenter inueſtigare, veraciter agnoſcere, perfectè adimplere, ad laudem & gloriam nominis tui.

Porrò puncta illa craſſiora ſæpe etiam omittuntur.

Secundus modus.

Retinentur omnia puncta vocalia: interdum etiam ſeruilia, vt daghes, & in שׁ, *&c. omiſſis tamen omnibus omnino accentibus præter illa duo puncta in extrema periodo, hoc modo:*

שְׁלֹשָׁה פָּנִים בְּשִׁלּוּשׁ הַקְּרוּשׁ אָב בֵּן וְרוּחַ
הַקֹּדֶשׁ וֵאלֹהִים אֶחָד:

Scieloſcia panim beſcialuſc hakkadoſc

avben veruach hakkodesc veloim echad.

Tres personæ sunt in sancta Trinitate, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sed Deus vnus.

Tertius modus.

Vsurpantur omnia puncta vocalia, seruilia, &c. & in singulis dictionibus accentus Grammaticus in sua syllaba, quam ex regulis sibi vindicat, notatur perpendiculari lineola.

שָׁלוֹם לְךָ מַלְכָּה אֵם חֶסֶד חַיִּים מָתוֹק
וְתִקְוָתֵנוּ שָׁלוֹם אֵלַיִךְ׃

Scialom lac malcá, em, chesed, chajim, mathok vatikvathenu, scialom elaic.

Salue regina, mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue.

Quartus modus.

Similis tertio, nisi quòd illam lineolam perpendicularem non vbique seruet: sed suis in locis, ad orationem distinguendam soph pasuk, atnach, zakeph caton: præterea metheg rhetoricum adhibeat, & maccaph.

נפש

נַפְשׁוֹת חֲסִידִים שְׂמֵחוֹת בַּשָּׁמַיִם אֲשֶׁר
דָּרְכּוּ אַחַר־עִקְבֵי מְשִׁיחַ וְכִי־יִצְקוּ דָּמָם בְּאַהֲבָתוֹ
יַעֲלוּ עִם־מָשִׁיחַ בְּלִי סוֹף׃

Nephaſcioth ihakkedoſcim ſciemchoth baſciamam aſcier radephu eth nghikve maſciach vechi jatskhu damam beahavatho lachen janghlezun ghim maſciach beli ſoph.

Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſequuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideo cum Chriſto exultant ſine fine.

Cæteri modi ad hos facilè reuocabuntur. Porrò ex his quatuor, quo quiſque eſt ordine ſuperior, eo etiam lectionem difficiliorem reddit. Quare poſtremus potiſſimùm, aut certè tertius videtur ſurpandus, præſertim ſi ſcribatur ijs, qui non ſint huius linguæ peritiſſimi.

PARS SECVNDA QVAE EST DE NOMINE.

CAP. I.

De ijs, quæ nomini generaliter accidunt.

EXplicuimus ea, quæ pertinent ad rationem legendi, & scribendi verba Hebraica. Nunc de partibus orationis, quæ tres sunt apud Hebræos: Nomen שֵׁם *scem*, cum quo Pronomen coniungunt: Verbum פָּעַל *ponghal*, cui etiam Participiũ annectunt: & dictio מִלָּה *millá*, quæ Præpositiones, Coniunctiones, Aduerbia, & Interiectiones complectitur, suo ordine differemus.

1 Ac primùm de Nomine in vniuersum dicendum est: deinde de singulis

gulis nominum formis, siue speciebus. Nomini in vniuersum accidunt quatuor, genus, numerus, casus, & regimen genitiui. Genera in Hebraicis nominibus tria sunt, masculinum, fœmininum, & commune. Neutro carent Hebræi, sed pro eo fœmininum vsurpant, vt B. Hieronymus annotauit in Commentario ad finem 7. cap. Ecclesiastæ: quod etiam interdum substantiuè videtur vsurpari, זאת *zoth*, *hoc*, *istud*, pronomen fœmininum, טוֹבָה, *tova*, *bonum*, & *bonitas*.

Nomini accidunt quatuor.

Genera tria.

2 Masculina terminantur quouis modo, præterquam in ה, præcedente camets, vel in ת, præcedente segol, chiric, vel sciurec, vt דָּבָר *dauar*, *verbum*, אִישׁ *isc*, *uir*. Excipiuntur numeri cardinales, de quibus suo loco.

Masculinorum termin.

3 Fœminina terminantu in ה, præcedente camets, & accentu in vltima, vt אִשָּׁה *iscia*, *mulier*, vel in ת, præcedente segol, & accentu in penulti-

Fœminorum termi.

ma, vt קֶשֶׁת *keſcieth, arcus*, vel præcedẽte chiric, aut ſciurec, & accentu in vltima, vt גָּפְרִית *gophrith, ſulphur*. מַלְכוּת *malcuth, regnum*.

Exceptio.

Sunt tamen præter hæc nonnulla irregularia, quæ ſunt fœminina, & tamen non terminantur altero horum modorum, vt רוּחַ ruach, ventus, אֶבֶן even, lapis: *præterea omnia nomina vrbium, & regionum, necnon membra, quæ naturâ ſunt gemina*, vt עַיִן nghain, oculus, אָזֶן ozen, auris, רֶגֶל regel, pes, יָד manus, *& cætera, quocunque terminentur modo, fœminina ſunt.*

Communium termin. 4 Communia terminantur quolibet modo, more maſculinorum, & ferè ſunt huius generis nomina animalium, vt בָּקָר *bakar, bos*, חֲזִיר *chazir, ſus*, &c.

Numeri tres. 5 Numeri nominum Hebraicorũ ſunt tres, ſingularis, pluralis, dualis. Singularis terminatur variis modis,

vt

vt jam diximus. Pluralis in masculinis fit à singulari addito ים, vt à דָּבָר *davar*, fit דְּבָרִים *devarim*. In fœmininis, quæ desinunt in ה, mutatur ipsum ה cum puncto camets in ות, vt à טוֹבָה *tova, bona*, fit טוֹבוֹת *tovoth*. In iis, quę desinunt in ת præcedente segol, additur ות, vt à קֶשֶׁת *kesciet*, *arcus*, fit קְשָׁתוֹת *kesciathoth*. In iis quæ desinunt in ת præcedente chiric aut sciurec, mutatur vltima syllaba in יות, vt à גָּפְרִית *gophrit sulphur*, fit גְּפְרִיּוֹת *gophriöt*, à מַלְכוּת *malckut*, *regnum*, fit מַלְכֻיּוֹת *malcujoth*. Modus formandi pluralē,

Appendix.

Obseruandum autem est interdum nomina, quæ in singulari habent terminationem masculinā, in plurali habere fœmininam, & contrà, vt אָב av, pater, אָבוֹת avot, patres, יוֹנָה jona, columba, יוֹנִים jonim, columbæ. Nota

4 Dualis numerus pro vtroq; genere non differt à plurali, nisi quòd penultima litera in pluri est jod Dualis quomodo differat à plurali.

quiescens in chiric, vt אַלְפִּים *alaphim, multa millia*: in duali autẽ est jod mobile sub se habens chiric, præcedente patach, vt אַלְפַּיִם *alpaim, duo millia*. Sortiuntur autem dualem numerum ea solùm nomina, quæ naturâ sunt geminata, vt עֵינַיִם *nhenaïjm, oculi*, אָזְנַיִם *naïjm, aures*, & horum similia.

Appendix.

Nomina quædam vnius tãtùm numeri.

Porrò sunt quædam nomina, quæ solum habent numerum singularem, vt צֹאן tson, pecus, זָהָב zahav, aurum: *quædam quæ solùm habent pluralem* חַיִּים chajim, vitæ, בְּתוּלִים bethulim, virgines, נְעוּרִים nenghurim, pueritiæ: *quædam quæ solùm habent dualem, vt* מַיִם maim, aquæ, שָׁמַיִם sciamaim, cæli, רֵחַיִם rechaim, molæ.

Nomina Hebræa casus non habent.

5 Casus Hebræi nullos habent, sed eos tamen interdum per articulos designant, qui sunt hi. Genitiuus הַ *ha*, vel שֶׁל *sciel*. Datiuus לְ *le*. Accusatiuus אֶת־. Vocatiuus ה *ha*. Ablatiuus

מִן

מִן. Nominatiuus articulo caret: interdum tamen recipit etiam ה *ha* demonstratiuum. Exempli gratia, דָּבָר *davar*, *verbum*, הַדָּבָר *haddavar*, siue שֶׁלְּדָבָר *sciel davar*, *verbi*, לְדָבָר *leda var*, *verbo*, אֶת־דָּבָר *eth davar*, *verbum*, הַדָּבָר *haddavar*, *ô verbum*, מִדָּבָר *middavar*, *à verbo*.

Appendix prima.

Obseruandum autem est, nullum horum esse purum articulum: siquidem ה, *est etiam aduerbium vocandi*: אֵת, ל, & מן *sunt præpositiones, vt infrà docebimus*: שֶׁל *fere non est in vsu in diuinis literis, sed solùm apud Rabbinos.*

Appendix secunda.

Obseruandum est etiam ה, *non solùm genitiuo, sed etiam cæteris omnibus casibus iungi posse: pari ratione* ל, *non solùm datiuo, sed etiam genitiuo, & accusatiuo interdum seruire: denique* אֵת, *non solùm accusatiuum, sed etiam nominatiuum, datiuum, & ablatiuum aliquando designare.*

Vide plura in fine Grammaticæ, vbi de actionibus indeclinabilius agitur.

5 Nomen absolutum vocant Hebræi, quando nullus consequitur genitiuus, siue sit illud nomen solum, vt דָּבָר *davar*, *verbum*, siue cũ alia voce coniunctum, vt דְּבַר רָאוּ *davar rau*, *verbum viderunt*, דְּבַר אָבַד *davar avad*, *verbum periit*. Nomen verò dicitur esse in regimine, quum post se genitiuum regit, vt דְּבַר נְבִיא *devarnavi*, *verbum prophetæ*, דִּבְרֵי נְבִיאִים *divre neviim*, *verba prophetarum*. Hic דְּבַר *devar*, & דִּבְרֵי *divre*, sunt in regimine, adeóque regunt: נְבִיא *navi* autem, & נְבִיאִים *neviim*, genitiui sunt, quamuis articulo careant.

De regimine.

6 Regimen igitur genitiui in masculinis numeri singularis, non mutat ferè nisi puncta longa in breuia, vt שַׂר *far*, *princeps*, in regimine שַׂר אֶרֶץ *far erets*, *princeps terræ*. In numero autem plurali aufert literam vltimam,

&

& mutat chiric in tsere, vt שָׂרִים *sarim, principes*, שַׂרֵי אֶרֶץ *sare erets, principes terræ.* In duali aufert similiter vltimam literam, & chiric: & mutat patach in tsere, vt עֵינַיִם *nghenajim, oculi*, in regimine עֵינֵי יוֹנִים *nghene jonim, oculi columbarum.* At in nominbus fœmininis, quæ terminantur in ה præcedente camets, mutatur ה in ת, & camets in patach, vt מַלְכָּה *Malca, Regina*, מַלְכַּת מִצְרַיִם *Malcath Mitsraim, Regina Ægypti*: quæ terminantur in ת, nihil mutant, & similiter in plurali fœminina omnia nihil mutant.

CAP. II.

De varijs nominum formis, & de gradibus comparationis.

NOMINA apud Hebræos, vt etiam apud alias gentes, alia sunt propria, alia appellatiua, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quam quòd propria nomi-

na carent numero multitudinis, regimine genitiui, ה demonstratiuo, & pronomine affixo, de quo infrà c. 4.

1 *Non omnia verba, quorum secunda radicalis est vau, vel jod, huc reuocantur. Quædam enim habent secundam vau mobile,*

bile, *vt* גָּוַע gavangh, expirauit, רוּחַ ravach, respirare. *Quædam habent præterea tertiam radicalem* ה *quiescentem*, *vt* אָוָה aua, concupiuit. *Illa perfecta sunt: hæc suum, ac proprium ordinem constituunt.*

2 *Eodem modo neque omnia secundam habentia* jod *huc spectant*, *vt* אָיַב ajav, odit, *vbi* jod *est mobile.*

3 *Porrò, quoniam quiescentia* naghjn vau, *vel* jod *eandem omnino flectendi formam nacta sunt: idcirco vnum est breuitatis causa paradigma vtriusque attributum.*

Kal.

1 *Inuenitur interdum in Præterito* Aleph *quiescens post camets*, *vt* קָאם kam, surrexit: *& mobile*, *vt* רָאֲמָה raama, alta est, שָׁתוּ sciattu, posuerunt, *vbi resoluitur camets in patach, & daghes.* In פִּשְׁתֶּם pischthem, creuistis, *chiric pro patach positum est.*

2 *Benoni præter terminationes præteri-*

ti habet interdum vau, *& kibbuts*, vt סוּר for declinans, חֻשִׁים chulcim, festinantes, *nisi nomen esse dicas à* חוּשׁ chusc.

3 *Paul reperitur cum* i vt לוּט lot, opertus. *Item fœmininum cum segol loco cametz*, vt זוּרָה zure, *pro* זָרָה zura.

4 *Infinitiuus, & Imperatiuus habent etiam cholem*, vt מוֹל mol, circumcide, קוֹם *kom*, surge.

5 *Literæ Gerundij gaudent sequente sciurec*, vt לָקוּם *lakum*, ad surgendum, בְּקוּם *bekum*, in surgendo. *Sæpe vtrique additur* ה *paragogicum*, vt קוּמָה *kuma*, surge, שׁוּבָה sciuva, reuertere. *Infinitiuus*, vt אָרוֹשׁ arusc, triturare, *præposito* א

6 *Futurum desinit etiam in cholem, præsertim cum accentu distinguente*, vt וַיָּמָת vajamoth, & mortuus est, וַיָּצָם vaijatsom, & ieiunauit. *Extra accentuum distinguentem si accedat vau versiuum, & retrahatur accentus in penultimam, aut sequatur maccaph, mutatur cholem, & sciurec in cametz cateph*, vt וַיֵּרֶץ הָעֵבֶר

וַיַּעֲבֹד vaijarots hangheved, & cucurrit seruus, וַיִּשְׁבְּנָא jasciovna, reuertatur obsecro. *Hoc tamen ipse in loco, vbi scilicet est vau versuum & accentus retractus, quædam habent patach, vt* וַיִּגַּע vajanghaph, & defatigatus est, וַיִּכַּר vaijasar, & declinauit: *quædam camets, vt* וַיָּחָם vajiacham, & pepercit. *Illud* וַתַּחַשׁ vattachasc, & properauit, *nonnullis videtur esse ex quiescentibus lamed he.*

Niphal.

1 *Præteritum etiam reperitur cum tsere, vt* נְעוֹר nenghor, excitatus est. *Quædam pro sciurec in secunda syllaba habent cholem, vt* נְפוּצוֹתֵיכֶם nephotsotem, dispersi estis.

2 *Benoni mutat camets in sceua propter regimen, vt* נְבוֹן מִלְחָמָה nevon milchama, peritus belli. *Ponitur etiam sciurec pro cholem, vt* נָבוּךְ navuc, perplexus: *hinc* נְבֻכִים nevuchim, perplexi. *Nam vau & kibbuts facilè inter se commutantur.*

3 *Vltima infiniti interdum est cum sciurec, vt* כְּהַרּוּשׁ chehidduſc, ſicut trituratur.

4 *Literæ Gerundij habent tſere, abiecto* ה, *ſi prima radicalis reſpuat daghes, vt* לְאוֹר leor, ad illuminandum. *Idémque tſere ſortiuntur literæ futuri, & figuratiua* ה, *vt* אָעִיר enghor, excitabor, הָאוֹר heor, illuminator, & illuminari.

Poel.

Loco Piel habent hæc verba Poel. Quæ coniugatio illorum eſt propria. Formari autem poteſt hoc Poel ex Imperatiuo Kal, mutato ſciurec in cholem, & iterata tertia radicali, vt à שׁוּם ſcium, *fit* שׁוֹמֵם ſciomem. *Sunt tamen nonnulla ex his, quæ malunt inflecti per Piel, quàm per Poel, vt* טוֹב tov, bonus fuit, טִיב tijev, benefecit, דּוֹר dor, habitauit, דִּיר dijer, habitare fecit,

Hiphil.

1 *Præteriti forma poſterior ſub figuratiuo* ה *primæ & ſecundæ perſonæ, habet etiam*

tiam cateph segol, vt הקיצותי *hekitsoti*, euigilaui, *vel patach, si prima sit gutturalis*, vt הרעותי harenghoti, malefeci.

2 *Porrò Præteriti vltima tertiæ personæ in vtraque forma, præter chiric effertur etiam cum patach ob gutturalem, aut* ר, vt הרע herangh, malefecit, הצר hetsar ob sedit. *Tunc autem tertia pluralis, ac tertia singularis fœminina, recipiunt tsere*, vt הרעו herenghu, malefecerunt, הרעה herengna, malefecit *f.*

3 *Ab* המית hemith, interfecit, *legitur* המתי hamitti, המתם hamittem, המתן hamitten, pro המיתותי hamithoti, המיתותם hamithotem, המיתותן hamithoten. *Ita* הסתה hesatta, incitavit (*scilicet Iezabel*) *ponitur pro* הסיתה hesita, *Sic* הזילו hizzilu, spreuerunt, *pro* הזילו hezilu. *Amissio figuratiui* ה *hîc rarior est*, vt ריבות rivota, litigasti, דינו dinu, piscati sunt, *pro* הריבות hariuota, חדינו hadinu.

4 *Benoni habet etiam tsere, vel patach, sicut*

ſicut præteritum, vt מֵפֵר mepher, diſſoluens, מֵרַע merangh, malefaciens, מֵצַר metſar, obſidens. *In* מַלִּין mallin *fit reſolutio puncti tſere in patach, & daghes, quum præſertim ſignificat ſuſurare.*

5 *Infinitiuus, & Imperatiuus habent in vltima tſere, vel chiric, aut etiam patach, præſertim ob gutturalem, aut ob* ר, vt הָשִׂים haſim, conſtituere, & cõſtituere, הַשַּׁע haſciangh, claudere, & claude, הַשָּׁב haſciav, conuertere, & conuerte.

5 *Præterea Imperatiuus, & Gerundia ſæpe vſurpantur ſine* ה *characteriſtico*, vt לָרִיב ſim, pone, לִין lin, pernocta, לָרִיב lariv, ad diſceptandum, *pro* הָלִין halin, הָשִׂים haſim, לְהָרִיב lehariv. *Illud* לְהַנְפָּה lehanapha, ad cribrandum, *eſt pro* לְהָנִיף lahaniph, *cum paragogica, & cametz pro chiric in penultima.*

6 *Futurum in vltima idem admittit tſere*, vt יָגֵל jaghel, exultabit. *Quando verò fit millel, aut habet vau verſiuum, poſtulat ſegol*, vt יָגֶל jaghel, וַיָּגֶל vaijaghel, *vel*,

vel patach ob tertiam gutturalem, aut ר, *vt dictum est suprà obseruat.* 2. וַתְּרַע vattarangh, & malè fecisti, וַיְסַר vaijasar, & amouit. *Legitur tamen* תְּלַן talan, commorabitur, *pro* תְּלִין talin.

7 *Tertia pluralis futuri fœminina est etiam cum chiric,* טי תְּקִימֶנָה takimena, statuetis: *vel potius mutat camets in sceua,* טי תְּקִימְנָה *tekimena. In* יִנְאַץ janets, florebit, *Aleph quiescit pro Iod.*

Hithpael.

Hæc coniugatio fit ex Poel, addita syllaba הִתְ hith, *vt* כּוֹנֵן conen, parauit, *vel* paratus est, הִתְכּוֹנֵן hithconen, parauit se ipsum. *Effertur interdum vltima præteriti per patach,* טי הִתְבּוֹשַׁשׁ hithboschiasc, erubuit. *Cæterùm Iosue 9. inuenitur forma Chaldaica apud Rabbinos vsitata,* טי הִצְטַיַּד hitstaijed, legatum se fecit, *à nomine* צִיד tsid, legatus. *Ita* הִחְיִב hichjev, condemnauit se, *à* חוֹב chov, debitor. *Hebræus dixisset* הִתְחוֹבֵב hithchovev, הִצְטַדֵּד hitstadded.

Quiescentia Lamed Aleph.

הַמְצֵאת	Piel.	Kal.
Infinitiuus.		Infinitiuus.
Hophal.	מְצֵא *inuenire.*	מְצֹא
Infinitiuus:	מְצֵאת	מְצֹאת
	חֻמְצָא Pual.	
	חֻמְצֵאת Infinitiuus.	
	מְצָא	Niphal.
Hithpael.	מְצֵאת	
Infinitiuus.	Hiphil.	Infinitiuus.
	הִתְמַצֵּא Infinitiuus.	הַמְצֵא
	הַמְצֵא	הַמְצֵאת:
	הִתְמַצֵּאת:	

Obseruationes.

1 Quiescentia Lamed Aleph nihil differunt à perfectis nisi in infinitiuo, & idcirco solum infinitiuum retulimus in tabulas.

2 Est autem obseuandum, sæpe mutari in his verbis Aleph in he, quum sint hæ literæ cognatæ, & inter se mutabiles.

3 In præterito, imperatiuo, & futuro, sub secunda radicali est camets, non

non patach, quia litera Aleph, quæ proximè sequitur punctum longum requirit in quo quiescat.

4 Interdum, quamuis rarò, excidit litera Aleph, eo modo quo excidit he in verbis quiescentibus Lamed he, de quibus mox dicemus. Quod autem Exod. 2, legimus קִרְאֵן *kireen*, *vocare à* קָרָא *kara*, irregulare est. Dicendum enim fuit קִרְאֲנָה *kerena*.

Appendix quarta.

De quiescentibus Lamed Aleph.

Illud in vniuersum diligenter obseruandum, vt literæ Aleph, & He inter se facilè commutantur, vt dictum est obseru. 2. ita hanc & sequentem formam quiescentium Lamed He crebrò confundi.

Kal.

1 *Aleph interdum penitus exulat, vt* מְצָתִי matsati, inueni, מָלֵתִי maleti, plenus sum.

2 *Tertia fœminina reperitur cum tau in fine* ـת, *vt* קָרְאָת *karath*, euenit, חָטְאָת

chataph, peccauit,

3 *Tertia pluralis interdum vsurpatur more quiescentium Lamedhe*, vt מָלוּ malu, pleni sunt.

4 *Ex eadem permutatione ordinum, Aleph interdum quiescit in chiric*, vt כָּלִאתִי caliti, inhibui, *pro* כְּלֵאתִי calati.

5 *Benoni interdum formam quiescentium lamedhe in vtroque numero seruat*, vt קוֹרֵא *kore*, clamans, קוֹרִים *korim*, clamantes. *Vox fœminea pro vtroque segol ita etiam scribitur*, vt מוֹצֵאת motseeth, *Quando deriuatur à præterito formæ* מָלֵא male, *inflectitur*, vt זָקֵן *zaken*.

6 *Gerundia frequentiùs desinut in* וֹת ot, *vox* חָטוֹ chato, pecca, *imitatur quiescentia lamedhe*.

7 *Imperatiuus mutat interdum* א *in* ה vt רְפֵה repha, sana. *Idem accidit futuro nonnunquam*, vt אֶרְפֶּה erpa, sanabo.

Niphal.

1 *Præteritum nonnunquam abscondit* נ, נחבתם vt, nachbetem, abscondistis,

à חָבָא chava.

2 *Tertia fœminina reperitur etiam cum tau*, *vt* נִפְלָאת niphlath, mirabilis fuit: *& cum ſigne duplici fœminino*, *vt* נִפְלְאָתָה niphleatha, mirum fuit.

3 *Benoni maſculinum in plurali ſæpius habet ſceua*, *quàm camets*, *vt* נִמְלְאִים nimleim, impleti.

4 *Infinitiuus cum nun*, *& cholem more perfectorum*, *vt* נִקְרֹא *nikro*, eueniendo, *Idem interdum profert ſecundam radicalẽ*, *vt* הִנָּבְאוֹת hinnáveoth, vaticicinari.

5 *In hac coniugatione quædam veniunt more quieſcentium lamed he*, *vt* נִרְפָּתָה nirphatha, ſanatus eſt, יִרְפֵּא ieraphu, ſanabuntur, לְהֵחָבֵה lehechave, ad latitandum.

Piel.

1 *Præteritum quorundam habet camets*, *vt* מִלָּא milla, repleuit, *more quieſcentium lamed he. Et cum chiric ſub ſecunda radicali*, *quod ſæpe fit in alijs quoque temporibus*, *vt* רִפְאַת riphiti, ſana-

ui, רִפָּאנוּ riphinu, sanauimus.

2 *Futurum mutat interdum Aleph in He*, יְמַלֵּה ט׳ iemalle, implebit: *immò Aleph penitus interdum excidit more quiescentium lamed he*, יְרַפּוּ ט׳ jerappu, sanabunt. *Excidit etiam sæpe daghes, præsertim ex litera sceuata*, מִלְאוּ ט׳ mileu, impleuerunt, יְקַנְאוּ *iekaneu*, inuidebunt.

Pual.

1 *Vox* קוֹרָא *kora*, vocatus est, *habet cholem, propter literam* ר, *quæ non admittit daghes.*

Hiphil.

1 *Præteritum occultat interdum Aleph*, הֶחֱטִי ט׳ hecheti, peccare fecit. *Et Infinitiuo*, הַחֲטִי ט׳ hachati, facere peccare. *Sic* הֶחֱלִי hecheli, ægrotare fecit, *tanquam à* חָלָא chala, *quum tamen radix sit* חָלָה chala, ægrotauit.

2 *In voce illa* הֶחְבִּאָתָה hechbeatha, abscondit, *duplex est signum fœmininum,* ה *cum sceua pro chiric.*

3 *Hæc*

3 *Hæc coniugatio sæpe confunditur cum Hiphil quiescentium Lamed He.*

Quiescentia Lamed He.

Kal.	גְּלוֹת :	תִּגְלִי
Infinitiuus. Pręteritum.		תִּגְלִינָה :
גָּלָה *migrauit.*	גְּלוֹת	
Niphal.	כִּגְלוֹת	גָּלִיתָ
	כְּגָלוֹת	גָּלִיתִי
Pręteritum.	לְגָלוֹת	גָּלוּ
	מִגְלוֹת :	גָּלִיתֶם
	Imperatiu.	גָּלִינוּ
	גְּלֵה	גָּלִיתָה
	גְּלִי	גָּלִיתְ
	גְּלוּ	גָּלוּ
	גְּלִי	גָּלִיתֶן
	גְּלֶינָה :	גָּלִינוּ
Benoni.	Futurum.	גָּלְתָה
גּוֹלֶה	אֶגְלֶה	גָּלוּ
גּוֹלִים	נִגְלֶה	גָּלִיתֶן :
גּוֹלָה	יִגְלֶה	Benoni.
גּוֹלוֹת :	תִּגְלֶה	נִגְלֶה
Paul.	נִגְלֶה	נִגְלִים
גָּלוּי	יִגְלֶה	נִגְלָה
גָּלוּיִם	תִּגְלֶה	נִגְלוֹת :
גְּלוּיָה	תִּגְלֶה	

Piel. Infinitiuus.		בְּגַלּוֹת :
Imperatiu.	Pręteritum.	
הִגָּלֶה &	גִּלָּה	גַּלֵּה
רַגָּלֶה &	גִּלִּיתָ	גַּלֵּו
הִגָּלוֹת	גִּלִּיתִי	גַּלִּי
בְּהִגָּלוֹת	גִּלִּיתָ	גַּלִּינָה :
כְּהִגָּלוֹת	גִּלּוּ	Futurum.
לְהִגָּלוֹת	גִּלִּיתֶם	אֶגְלֶה
מֵהִגָּלוֹת	גִּלִּינוּ	נִגְלֶה
Imperatiu.	גִּלִּיתֶם	תִּגְלֶה
הִגָּלֶה	גִּלִּיר	תִּגְלֶה
הִגָּלוּ	גִּלִּיתֶן :	נִגְלֶה
הִגָּלִי	Benoni.	יִגְלוּ
הִגָּלֶינָה :	מְגַלֶּה	תִּגְלוּ
Futurum.	מְגַלִּים	תִּגְלֶה
אֶגָּלֶה	מְגַלָּה	תִּגְלִי
יִגָּלֶה	מְגֻלּוֹת :	תִּגְלֶינָה :
תִּגָּלֶה	Paul.	
נִגָּלֶה	מְגֻלֶּה	Pual.
יִגָּלוּ	מְגֻלִּים	
תִּגָּלוּ	מְגֻלָּה	Pręteritum.
תִּגָּלֶה	מְגֻלּוֹת :	גְּלֵה
תִּגָּלִי	Infinitiuus.	גְּלִיתָ
תִּגָּלֶינָה :	גָּלוֹת	גְּלִיתִי

גָּלוּ	Hiphil.	Infinitiuus.
גִּלִּיתֶם	הִגְלָה	הַגְלוֹת Pręteritum.
גִּלִּינוּ	vel	בְּהַגְלוֹת :
גִּלִּיתָה	הִגְלָה	Imperatiu.
גִּלִּיתְ	הִגְלִיתָ	הַגְלֵה
גִּלִּיתֶן :	הִגְלִיתִי	הַגְלוּ
Benoni.	הִגְלוּ	הַגְלִי
גֹּלֶה	הִגְלִיתֶם	הַגְלֶינָה :
גֹּלִים	הִגְלִינוּ	Futurum.
גֹּלָה	הִגְלִיתָה	אַגְלֶה
גֹּלוֹת :	הִגְלִיתְ	יִגְלֶה
Infinitiuus.	הִגְלִיתֶן :	תִּגְלֶה
גָּלוֹת		נִגְלֶה
Futurum.	Benoni.	יִגְלוּ
אֶגְלֶה	מַגְלֶה	תִּגְלוּ
יִגְלֶה	מַגְלִים	תִּגְלֶה
תִּגְלֶה	מַגְלָה	תִּגְלִי
נִגְלֶה	מַגְלוֹת :	תִּגְלֶינָה :
יִגְלוּ	Paul.	Hophal.
תִּגְלוּ	מְגֻלֶּה	Pręteritum.
תִּגְלֶה	מְגֻלִּים	הָגְלָה
תִּגְלִי	מְגֻלָּה	הָגְלִיתָ
תִּגְלֶינָה :	מְגֻלּוֹת :	הָגְלִיתִי

תִּגְלִי	Futurum.	הִגְלוּ
תִּגְלִינָה:	אֶגְלֶה	הִגְלִיתֶם
Hithpael.	יִגְלֶה	הִגְלִינוּ
Preteritum.	תִּגְלֶה	הִגְלִיתֶה
הִתְגַּלֶּה	נִגְלֶה	הִגְלִיתֶן
הִתְגַּלִּית	יִגְלוּ:	
Totũ vt Piel more perfect.	תִּגְלוּ	Infinitiuus.
	תִּגְלוֹת	

Obseruationes.

1 Quiescentia Lamed he in omnibus coniugationibus aut habent He quiescens, aut illud amittunt, aut mutant in Iod, aut in Tau, vt ex tabula proposita perspicuum est.

Exceptio.

Excipiuntur illa, quæ habent mappic, vt. נָגַהּ, כָּמַהּ nagah, camah, splendere concupiscere, *quæ perfectorum normam sequuntur.*

2 In præterito Niphal reperitur quandoque chiric sub nun, sequente litera gutturali, vt נִהְיָה *nïja, factus est*, alioquin segol, aut patach esse de-

beret.

3 Infinitius Kal quando est sine literis בבלם *biclam*, & tamẽ habet vim gerundij, ferè in cholem terminari solet, vt רְאוֹ רְאִיתִי *rao raiti*, *videndo vidi*: גְּלֹה וְגָלַת *galo igle*, *migrando migrabit*. In Hiphil autem terminari solet in camets, vt הַרְבֵּה אַרְבֶּה *harba arbe*, *multiplicando multiplicabo*.

4 Futurum in omnibus coniugationibus, exceptis Paul, & Hophal, abijcit interdum vltimum he per apocopen, & tunc retrahitur accentus ab vltima in penultimam, præcipuè si precedat vau versiuum, vt וַיִּבֶן *vajiven*, *& ædificauit*, pro וַיִּבְנֶה *vajivne*. Quòd si prima, aut secunda thematis sit gutturalis, segol, quod erat futurum sub prima thematis, vertitur in patach, vt וַיַּחַן *vajichan*, *& castrametatus est*, pro וַיִּחַן *vajichen*.

5 Porrò sub literis אֵיתָן *etan*, modò est chiric, modò tsere, modò patach,

præsertim quando ob celeritatem vertitur segol primæ radicalis in sceua, & per apocopen dictio fit monosyllaba, vt וַיִּרְא *vaijare*, & וַיִּרְד *vaijerd*, *dominatus est*, vt in appendice proxima fusiùs tradetur.

6 Verbum הָיָה *haja*, *fuit*, propria quadam ratione sæpe sic flectitur, אֶהְיֶה יִהְיֶה תִּהְיֶה *ehi*, *jehi*, *tehi*, pro אֶהְיֶה יִהְיֶה תִּהְיֶה *eje*, *jije*, *tije*: etsi hoc modo etiam vsurpatur.

7 Imperatiuus quoque, licet rariùs, eandem apocopen patitur in Piel, Hiphil, & Hithpael, vt צַוֵּה *tsau*, pro צַוֵּה *tsauue*, *præcipe*: הָרֵב *herev*, pro הָרְבֵּה *harve*, *multiplica*: הִתְחַל *hithchal*, pro הִתְחַלֵּה *hithchalle*, *ostende te ægrotum*.

Appendix quinta.

De quiscenibus Lamed He.

1 *Præteriti tertia fœminina singularis, & tertia pluralis sæpe mutant He in Iod mobile*, vt חָסוּ חָסְיָה chasau chasaja, *pro* חָסוּ חָסְתָה chasu chasehah. *Reiecto* ה *fœ-*

fœminino interdum manet solum ת, *vt* עָשְׂתָ gnhasath, fecit. *Iod loco* ה *radicalis positum non semper exprimitur, vt* בָּנִתָ banita, ædificasti. *Inuenitur* א *pro* י *in voce* רָצִאתִי ratsiti, acquieui.

2 *Benoni in regimine mutat segol in ise-re, vt* עֹשֵׂה פֶּלֶא nghose pele, faciens mirabile. *Interdum* ה *mutatur in iod quiescens in chiric gadol, vt* פֹּרִי pori, fructum ferens: *cujus fœmininum* פֹּרִיָה porija (*vbi tamen secunda radicalis etiam sceua admittit more perfectorum, vt* עֹטִיָה nghoteja, diuertens. (*Interdum in* ת, *vt* פֹּרַת porath, fructum ferens.

3 *Paul interdum degenerat in quiescentia Lamed aleph, vt* תְּלוּאִים teluim, suspensi.

4 *Infinitiuus sub literis* בכלם biclam, *tantùm terminationem* ות oth, *admittit, quæ sine illis ratior est.* ה *sæpe mutatur in* א, *vt* רָצֹא ratsó, ambulare: *& in vau cholem, vt* רָאוֹ rao, videre, *& addita paragogica* חָרוֹן charon, excandescere.

Legitur etiam רָאָוָה raava, videre, *vt* אָהֲבָה ahava, amare.

5 *Imperatiuus ſub prima gutturali habet patach ſceua, vt* עֲלֵה nghale, aſcende, *vel ſegol ſceua, vt* עֲנִי nghenu, canito. *At* בְּעִיו benghaiu, quærite, *perfectorum more, vt* שִׁלְחוּ ſcielachu, *licet habeat Iod pro He. Vnum eſt cum ſegol ſub ſecunda radicali, vt* יְחִי vechje, & viue.

6 *Futurum ob gutturalem hæc puncta habet, vt* יֶחֱזֶה אֶחֱזֶה iecheze echeze. *Quando* י *prima radicalis eſt, literæ* יתן iten, *ſæpius ſcribuntur cum patach, & futuri cum ſegol, vt* אֶעֱלֶה enghele, aſcendam, יַעֲלֶה janghale, aſcendet.

7 *Quædam in plurali mutant* ה *in Iod mobile, fiúntque perfectis ſimilia, vt* יִכְלָיו ichlaju, deficient, יִחְסָיו jechſaiu, ſperabunt, יִשְׁתָּיו iſctaju, bibent, יִרְוָיוּן irvejun, irrigabuntur. *Sic* אֶהְמֶיהָ ehemaja, ſonitum efficiam, *cum* ה *paragogico, pro* אֶהֱמֶה eheme. *Porrò in futuro frequenter tollitur* ה, *præſertim ſi vau con-*

uer

uersiuum præfigatur. Func autem segol secundæ retrahitur ad primam radicalem, & literæ אתן etan *sortiuntur chiric, vt* וַיִּקַּן *vajiken*, & possedit, *vel tsere, vt* תֵּפֶן tephen, aspicies, וָאֵפֶן vaephen, & declinaui. *Quòd si radicis prima vel secunda sit gutturalis, loco illius segol retracti ponitur patach, vt* וַתַּעַל vattanghal, & ascendit, וַיַּעַן vajjanghan, & respondit, וַיַּעַשׂ vaijanghas, & fecit, וַתַּחַר vattahar, & concepit, וַתַּחַז vattachaz, & aspexit. *Atque hoc ipsum patach sub* אתן etan *mutatur, ob maiorem distinctionem, in camets, vt* וַיַּחַל vaijachal, & ægrotauit, אָחַז achaz, videbo.

8 *Præterea, maioris celeritatis causa, seruantur dua radicis literæ reliquæ, & futurum fit monosyllabum, vt* וַתֵּךְ vattevc, & fleuit, וַיִּשְׁבְּ vajisch, & captiuũ duxit, וַיִּשְׁתְּ vajiesct, & bibit. *Hoc autem fieri solet, quando secunda thematis est vna ex literis* בְּגַד כְּפַת begad cephat, *aut* ט, *vt* וַיִּשְׁטְ jiesct, declinabit.

9 *Simile quoddam habet* vox admodum *frequens in hac conjugatione*, vt וַיַּרְא vaijar, & vidit, וַיַּחַד vajichad, & lætatus est, *à* חָדָה chada.

Niphal.

1 *Præteritum habet etiam chiric longum*, vt נִקְנִיתֶם niknitem, possessi estis, נִקְנִינוּ nikninu, possessi sumus. *Illud* נִחֲרוּ nicharu, irati sunt, *pro* נֶחֱרוּ necheru.

2 *Benoni format interdum fœmininum per* ת, vt נִבְנִית nivneth, quod ædificatur.

3 *Infinitiuus, & Imperatiuus inueniuntur cum figuratiuo* נ, vt נִגְלֹה niglo, reuelari & reueletur, נִדְמֹת nidmoth, succidi, & succidatur.

4 *Futurum reperitur abiecto* ה, *& seruatis ijsdem punctis*, vt יִקַּן ikkan, possidebitur, יֵרָא jera, videbitur. *Quòd si secunda sit* ח, *pro cametz ponitur patach*, vt יִמַּח jmmach, delebitur, יִדַּחוּ jddachu, impellentur, תֵּעָלוּ tenghalu, &

præ-

præter normam תְּעַלּוּ tenghalu,

Piel.

1 *Præteritum vbique etiam Iod quiescens in ſere habere poteſt*, vt כִּסִּיתִי ciſſeti, feci operire, קִוִּיתִי kivveta, exſpectaſti.

2 *A verbo* שִׁסָּה ſaſa, diripuit, legitur שׁוֹשִׁתִי ſoſeti, diripui, *pro* שִׁסִּיתִי ſiſeti, *vbi* ש *ponitur pro* ס; *cholem pro chiric, planè anomalum eſt. Alij ad Poel referunt*

3 *Benoni maſculinum reperitur interdum cum ſere* vt מְזֹרֶה mezare, diſpergens.

4 *Infinitiuus quandoque mutat* ה *in* jod, vt חַכֹּה chacce, expectare. *Ipſúmque* ה *quieſcit etiam in cholem*, vt קָוֹה *kavvo*, expectare.

5 *Imperatiui vltima inuenitur cum ſegol*, vt רַבֶּה rabbe, multiplica. *Excidente autem* ה *remanet prima ſyllaba*, vt גַּל gal, reuela. *Illud* דַּלִּי dalju, eleuate, *perfectum eſt, habens* jod *pro* ה, vt *ſæpe jam dictum eſt. At* עֳרוּ ngharu, exinanite, חָשׁוּ chaſcu, tacete, *vtrumque Millel*

præter normam.

6 *Futuri* א *venit aliquando cum ſegol ſceua, vt* אֶזְרֶה ezara, *Illud* תְּדַמְיִין tedamjun, *aſſimilabitis, perfectum eſt: quia jod eſt loco* ה, *vt* יְחַפְּאוּ iechappeu, occultabunt, *cum* א *pro* ה, *à* חָפָה chapha, occultauit. *Vox* אֲרַיֶּךָּ arajjavec, rigabo te, *præter anomala puncta habet literarum metatheſin à* רִוִּיתִי rivva, rigare. *Regulare eſſet* אֲרַוֶּךָּ aravvec. *Futurum denique per apocopen abiecto* ה, *vt* תְּכֶם techas, operies, אֶכֶם achas, operiam, *& cum camets, vt* וַיְתַּ vajetau, & deſignabat.

Pual.

1 *Præteritum inuenitur cum camets caton, vt* כְּלוּ collu, finiti ſunt: *& cum cholem, quando ſecunda reſpuit daghes, vt* הוֹרָה hora conceptus eſt, רוֹחָה docha, expulſus eſt. *In alijs vix femel, vt* הוּגְרָה hoga, remotus eſt, זוּנָה zunna, fornicatus eſt, *prorſus anomalum cenſetur, cùm habeat ſciurec, & daghes accentu conſequen-*

quente. Rariùs hîc reperitur chiric, vt קִנְיָתָ kunnita.

2 *Benoni*, vt זוֹרֶה zore, ventilatus, *cum cholem propter* ר.

Hiphil.

1 *Præteritum sub figurativo* ה *non tantùm habet chiric, sed etiam segol & patach, etiam si gutturalis non sequatur*, vt הֵגְלָה hegla, migrare fecit, חֵרְאֵיתִי hareeti, feci videre. ה *habet etiam tsere, præsertim sequente gutturali*, vt הֶעֱלָה henghala, fecit ascendere. *Secunda radicalis etiam recipit chiric*, vt הִגְלִיתָ higlita, migrare fecisti. *In tertia fœminea seruile* ה *transit in* ת, vt חִרְצֵת hirtsath, *pro* הִרְצַתָה hirtsetha.

1 *Paul inuenitur etiam cum camets caton*, vt מֻפָּנָה mophne, obuersus, *& huius loco cum cholem*, vt מוֹרָאָה morea, fœdata.

3 *Infinitiuus vsurpatur cum chiric præteriti*, vt הִקְצוֹת *hiktsoth*, abradere. *Exit etiam in camets*, vt הַרְבָּה harba, multi-

plicare. *Gerundia ſine* ה *coniugationis*, *vt in alijs ordinibus*, *vt* לַמְרוֹת lamroth, ad irritandum, *pro* לְהַמְרוֹת lehamroth.

4 *Imperatiuus ob defectum radicalis* ה *effertur per duplex ſegol*, *vt* הֶרֶף hereph, deſine, *pro* הַרְפֵּה harpe: *vel per duplex patach præter primam gutturalem*, *vt* הַעַל hanghal, fac aſcendere: *vel cum vno ſegol ſub* ה *formatiuo*, *propter ſecundam gutturalem*, *vt* הֶתַע hetangh, errare fac.

5 *Futurum reiecto* ה *recipit duplex ſegol*, *vt* יֶרֶב ierev, multiplicabit: *vel duplex patach*, *ſi prima ſit gutturalis*, *vt* וַיַּעַל vaijanghal, & aſcendere fecit, וַאֲעַל vaanghal, & aſcendere feci.

6 *Quòd ſi ſecunda thematis ſit radicalis*, *manebit etiam ſegol*, *vt* וַיֶּתַע vaijetangh, & errare fecit, תֶּמַח temach, delere facies. *A quo etiam* תֶּמְחִי temchi, delere facies *f. pro* תַּמְחִי tamchi.

7 *Porrò futurum illud monoſyllabum per apocopen breuitatis cauſa inuentum, nempe in ijs, quibus ſecunda eſt vna ex*

בגד

בִּגַּד כְּפַת begad chephat ב *vel* פ *hîc habet patach*, vt יִרְדְּ iard, dominare faciet, יִפְתְּ iapht, dilatabit, יִשְׁקְ *iaſck*, potabit, יִשְׁטְ iaſct, declinare faciet. *Sic* וַיַּרְא vajare, & oſtendit. *Hoc tamen ſemel duntaxat in Hiphil reperitur, in Kal ſæpiſſimè.*

Hophal.

1 *Præteritum* הוּעֲלָה honghala, oblatus eſt; *ſcribitur per cholem pro cametz catan (quod in Hophal ponendum eſt ob primam gutturalem* vt *dilatetur* ע. הָגְלָה hogla, tranſlata eſt, *bis reperitur pro* הוּגְלְתָה hogletha.

Hithpael.

1 *Præteriti ſecundæ perſona habet etiam chiric, vt* הִתְקַנִּית *hithkannita*, poſſediſti.

2 *Benoni cum ſere reperitur, vt* מִשְׁתָּאָה miſctae, obſtupeſcens, *à* שָׁאָה ſciaa.

3 *Imperatiuus defectiuus, ſiue cum apocopè, ſic formatur,* הִתְחַל hithchal, ſimulate ægrotum: *& cum cametz, vt* הִתְחָל hithchal. *Illud* הִזַּכּוּ hizzaccu, mundi

estote, *vsurpatur pro* הִזְדַּכּוּ hizdaccu, *à* זָכָה zacha, mundare: *Cur autem hîc est* ד, *& quidem transpositum, vide superius.*

4 *Futurum inuenitur abiecto* ה, *vt* יִתְקַן *itkan*, possidebit se ipsum, יִתְגַּל itgal, reteget se ipsum. *Habet etiam in fine camets, vt* תִּתְגַּר thithgar, certabis יִתְחַל itchal, simulabit se ægrotum.

CAP. V.

De verbis compositis, polysyllabis, & anomalis.

Compositorum ordines quinque.

QVinque sũt ordines compositorum verborum. Primus est eorum, quę componuntur ex defectiuis Pe nun, & quiescentib. Lamed aleph, quę solùm sunt quatuor נוּא נָבָא נָשָׂא & נָשָׁא *naua, naca, nasa, & nascia, infregit, percussit, tulit, & seduxit.*

2 Secundus eorum, quæ componuntur ex defectiuis Pe nun, & quiescentibus Lamed he, quæ sunt duodecim,

decim, נָצָה נָסָה נָלָה נָכָה נָטָה נָחַת נָחַשׁ נָוָה נָוַח נָהָה נָדָה נָשָׂה נָקַה *natsa, nasa, nala, naca, nata, nacha, naka, naua, naha, nada, nascia, naka, volauit, tentauit, perfecit, percussit, inclinauit, duxit, asperſit, habitauit, lamentatus eſt, elongauit, oblitus fuit, innocens fuit.*

3 Tertius eorum quæ conſtant ex Pe jod, & Lamed aleph, quæ ſolùm ſunt duo יָרֵא *jare*, יָצָא, *jatsa, timere, egredi.*

4 Quartus eorum, quæ conſtant ex Pe jod & Lamed he, quæ ſunt ſex, יָגָה יָדָה יָנָה יָעָה יָפָה & יָרַת *jaga, jada, jana, jangha, japha, & jara, dolore affici, proïcere, opprimere, remouere, pulchrum eſſe, & proïcere.*

5 Quintus eorum, quæ conſtant ex Pe aleph, & Lamed he, quæ ſunt ſeptem, אָנָה אָלָה אָוָה אָבָה אָתָה אָרָה & אָפַת *ana, ala, ava, ava, atha, ara, & aphalugere, jurare, cupere, concupiſcere, venire, colligere, & coquere.*

6 Hæc omnia, quod attinet ad primam syllabam, sequuntur conjugationes verborum Penun, vel Pe jod, vel Pe aleph: quod spectat ad secundam, sequuntur formam quiescentium Lamed aleph, aut Lamed he, eorum videlicet verborum, ex quibus composita sunt.

7 Vnum solum est discrimen, quòd hæc composita non patiuntur defectum primæ radicalis in infinitiuo, & imperatiuo, vt ipsa simplicia patiebantur. nec enim dicimus à verbo נָטָה *nata*, in infinito נְטוֹת *toth*, sed נְטוֹת *netoth*, & sic de cæteris.

Eceptio.

Excipiuntur duo, נָשָׂא & יָצָא nasa, & jatsa, *quæ infinitiuum, & imperatiuum aliquando habent cum defectis primæ radicalis, hoc modo: Infinitiuus* שְׂאֵת בְּשְׂאֵת seeth, biseeth, chiseeth: *Imperatiuus* שָׂא שְׂאִי שְׂאֵינָה sa, seu, sei, seena.

8 Verba quatuor, vel quinque litera-

terarum, pauciſſima ſunt: fiúntq; ferè omnia ex duplicatione primæ ſyllabæ aliorum verborum, vt שִׁעְשַׁע *ſcianghaſciangh*, *oblectauit*, fit à שִׁעְשַׁע *ſciangha*, גִּלְגַּל *ghilgal*, *volvit*, fit à גָּלַל *galal*, יִפְיְפָה *jophjapha pulcher factus eſt*, fit à יָפָה *japha*, חִמְרְמַר *chamarmar*, *turbatus eſt*, fit à חָמַר *chamar*.

9 Quæ ex literis diſſimilibus conſtent, non ſunt fortaſſe niſi duo, בִּרְסֵם *chirſem*, *demolitus eſt*, & בִּרְבֵּל *chirbel*, *induit eſt*, quorum vtrumque eſt coniugationis Piel,

10 Verba anomala, quæ ſæpe occurrunt, duo ſunt, נָתַן *natan*, *dedit*, quod eſt vtrinque defectiuum, & הִשְׁתַּחֲוָה *hiſtachau*, *adorauit*, quod deducitur à שָׁחָה *ſciacha*,, & ſolùm in Hithpael coniugatur. Vtriuſque inflexionem ob rudiorum commoditatem hîc ſubijciemus. *Kal.*

נָתַתִּי	נָתַתָּ	נָתַתְּ
נָתַנוּ		

Præteritum.

נָתַן

Infinitiuus. Futurum. vel

נְתַנּוֹ	אֶתֵּן	הִנָּתֵן
נָתְנוּ	יִתֵּן	בְּהִנָּתֵן
נִתְּנֵי	תִּתֵּן	כְּהִנָּתֵן
נָתַת	תִּתֵּן	לְהִנָּתֵן
נְתַתֶּן:	נִתֵּן	Imperatiu.
Benoni.	יִתְּנוּ	הִנָּתֵן
נוֹתֵן	תִּתֵּנוּ	Futurum.
Paul.	תִּתֵּן	אִנָּתֵן
נָתוּן	תִּתְּנִי	יִנָּתֵן
Infinitiuus.	תִּתְּנָנָה vel	תִּנָּתֵן
תֵּת vel	תִּתְּנָה	נִנָּתֵן
נְתוֹן	Niphael.	יִנָּתְנוּ
תֵּת vel	נִתֵּן	תִּנָּתְנוּ
נְתֹת	נִתַּתְּ	תִּנָּתֵן
בְּתֵת	נִתַּתִּי	תִּנָּתְנִי
לָתֵת	נִתְּנוּ	תִּנָּתְנָנָה
מִתֵּת:	נִתַּתֶּם	Hophal.
Imperatiu.	נִתְּנוּ	Futurum.
תֵּן vel תְּנָה	נִתְּנָה	אִתַּן
תְּנוּ	נִתַּתְּ	*Nihil aliud*
תְּנִי	נִתַּתֶּן:	*reperitur hu-*
תְּנָנָה vel	Benoni.	*jus verbi.*
תְּנָה	נִתָּן	

Hith-

	Benoni.	Hithpael.
vel	יִשְׁתַּחֲוֶה	
	מִשְׁתַּחֲוֶה	הִשְׁתַּחֲוָה
	מִשְׁתַּחֲוִים	הִשְׁתַּחֲוִיתָ
vel	תִּשְׁתַּחֲוֶה	
	Infinitiuus.	הִשְׁתַּחֲוִיתִי
	הִשְׁתַּחֲוֹת	הִשְׁתַּחֲוִי
	נִשְׁתַּחֲוֶה	
	Imperatiu.	הִשְׁתַּחֲוִיתֶם
	הִשְׁתַּחֲוֵה	הִשְׁתַּחֲוִינוּ
	הִשְׁתַּחֲוִי	הִשְׁתַּחֲוִיתָה
	Futurum.	הִשְׁתַּחֲוִית
	תִּשְׁתַּחֲוֶה	הִשְׁתַּחֲוִיתֶן:
		תִּשְׁתַּחֲוִינָה:

11 Inueniuntur eam in scripturis aliquot voces compositæ ex variis coniugationibus, quæ inter anomala referri possunt, vt Numer. 1. legimus הִתְפָּקֵד *hothpakked*, *numeratus est*, quod est compositum ex Hophal, & Hithpael. Item Psal. 7. יִרְדֹּף *iraddoph*, *persequetur*, quod est compositum ex Kal, & Piel. Sed hæc omnia ex Thesauris, & ex vsu petenda sunt.

CAP. VI.

De affixis verborum.

Vemadmodum nomina, recipiũt affixa pronomina, & propterea nõnullã patiuntur pũctorum mutationẽ, ita quoque & verba: vt enim ex דָּבַר dauar, *&* ךָ ca *fit* דְּבָרֵךָ devarca, verbum tuum, *sic etiã ex* פָּקַד pakad, *&* ךָ *fit* פְּקָדֵךָ pecadca, visitauit te. *Sunt autem obseruanda tria, antequam de singularum personarum, quæ verbis conueniunt, affixis dicamus. Initio sciendum est, solis actiuis verbis affixa propriè conuenire: siquidem affixa omnia verbis adiuncta conueniunt personæ patienti, quam sola verba actiua post se habere solẽt: nec enim dicimus, disco te, sed solùm, doceo te. Itaque de passiuis coniugationibus, id est, Niphal, Pual, Hophal, & Hithpael, nihil hoc loco dicendum erit. Sunt tamen hîc duæ exceptiones.*

Solis actiuis affixa conueniunt.

2 *Prima, infinitiuorum passiuorum: quæ quoniam interdum funguntur vice nominum, affixa quoque, etsi rarò, recipiunt, vt* בְּיוֹם הִבָּרְאָם bejom hibbaream, *in die*

creari

creari eos: *id est, in die creationis eorum.*

3 *Altera exceptio est neutrorum, quæ interdum habent affixa: sed tunc debet subintelligi commoda aliqua præpositio, vt* יְגֻרֵךְ jegurca, *non significat* habitabit te, *sed* habitabit tecum, *ponitur enim* ךְ *pro* עִמָּךְ nghimmeca.

4 *Deinde sciendum est quinque esse affixa, quæ solis verbis adiũguntur, videlicet:* הֵ נָהּ הוּ נוֹ נִי me eum eum eam eam — Affixa quinque quæ solis verbis iũguntur. *pro quibus adiunguntur nominibus,* ח וֹ נוּ י me nos eum eam *quanquam* ה *reperitur etiam in nominibus, sed solùm in numero multitudinis, vt* דְּבָרֶיהָ deuareha, verba eius. *Præterea quiescentia Lamedhe, recipiunt etiam* הוּ hu, *more verborum, vt in Psalm. 5. vers. 5. Non est* בְּפִיהוּ bepihu, in ore eius, *pro eorum, rectum, &c. Porrò* נוּ nu, *&* נָהּ na *in omnibus modis, & temporibus locum habent, præterquam in præterito.*

5 *Postremò sciendum est ex tribus personis verborum, tertiam recipere omnia af-*

Affixa decem.

fixa, quæ sunt omnino decem. Dicimus enim, visitauit eum, eam, te, m.g. te f.gen. me, c.g. eos, eas, vos, m.g. vos, f.g. nos, c.g. Secundam verò non admittere nisi sex. non enim rectè dicimus, visitasti te, m.g. vel te, f.g. vel vos, m.g. vel vos, f.g. sed solùm visitasti eum, eam, eos, eas, me, nos. Primam denique admittere tantùm octo. non enim dici potest, visitaui me, vel nos: sed solùm visitaui eum, eam, eos, eas, te, m.g. te, f.g. vos, m.g. vos, f.gen. Nunc ad singulas personas veniamus.

De præterito Kal.

De tertia persona singulari.

3 *Tertia persona singularis numeri masculini generis cum omnibus affixis mutat camets primæ literæ in scena: & patach secundæ literæ in camets, præterquam cum affixis* בֵּם & בֵּן, *vbi remanet patach: proximè ante affixa ponuntur eadem puncta, quæ in nomine* דָּבָר davar, *exceptis affixis* נוּ הוּ, *ante quæ ponitur camets, & affixo* נִי *ante quod ponitur patach. In verbis quie-*

scen-

scentibus lamed he, quia cum affixis perditur vltimum he, fit punctorum retrogradatio, ita vt camets secundæ ponatur sub prima & sceua primæ euanescat: dicimus enim גָּלָהוּ galahu, *non* גָּלָהֲהוּ ghelahahu. *Ante affixum item punctum manet, quod antea erat, vt* גָּלָה gala, *cum affixo primæ personæ, fit* גָּלָנִי galani.

De secunda singulari.

7 *Secunda persona singularis masculina mutat vbique camets primæ literæ in sceua, & patach secundæ literæ retinet plerunque, interdum tamen mutat in chiric. Proximè ante affixa ponuntur puncta eadem quæ in tertia persona.*

De prima singulari.

8 *Prima persona singularis communis generis mutat camets in sceua: & retinet suum patach. Ante affixa proximè vbique manet chiric, vt antea.*

De tertia persona plurali.

9 *Tertia persona pluralis communis, mutat vbique camets primæ literæ in sceua,*

& sceua secundæ in camets, & ante affixa semper habet sciurec.

De secunda plurali.

10 *Secunda pluralis masculina nulla puncta mutat, sed solùm abiecto vltimo* ם *loco eius recipit sciurec, proximè ante affixa.*

De prima plurali.

11 *Prima pluralis communis generis mutat vbique camets primæ literæ in sceua, & retinet suum patach secundæ literæ: ante affixa nihil additur, sed manent literæ, & puncta, quæ antea erant.*

De tertia singulari fœminini generis.

12 *Tertia singularis fœminini generis mutat vbique camets primæ literæ in sceua, & sceua secundæ literæ in camets: interdum etiam, sed rarò, in patach, & more fœmininorum nominum mutat vltimum he in tau: si autem sequatur affixum* הו, *etiam he affixi vertitur in tau, & ne duo tau concurrant, primum abijcitur, & eius sig-

ſignum inſigitur daghes in ſequenti. Proximè ante affixa ponuntur eadem punctа, quæ in nomine fœminino, צְדָקָה tſedaka.

De ſecunda ſingulari fœm.

13 *Secunda ſingularis fœmini generis mutat vbique camets primæ literæ in ſceua: & retinet ſuum patach ſecundæ literæ, & ſub tertia radicali ſimiliter retinet ſuum ſceua quieſcens. Proximè autem ante affixa chiric longum adſciſcit.*

De ſecunda plurali fœm.

14 *Secunda pluralis fœminini generis eodem prorſus modo ſe habet, quo ſecunda pluralis generis maſculini.*

De Benoni, & Pual.

15 *Participia, quemadmodum in inflexione ſequuntur regulas nominum, ita etiam in affixis, & punctorum mutatione: & ſiquidem habent affixa propria verbis, explicantur vt nomina. Exemplum erit* פֹּקְדֵהוּ *pokedehu*, viſitans eum, פֹּקְדוֹ *pekedo*, viſitator eius.

De Infinitiuo.

16 *Infinitiuus formæ* פָּקוֹד *pakod mutat vbique camets in camets chatuph, & cholem in sceua, vt* פָּקְדוֹ *pekdo*, visitare eum: *si tamen sit gutturalis secunda thematis, sub ipsa erit camets chatuph, & sub prima thematis camets, vt* אָהֲבוֹ ahovo, amare eum.

17 *Infinitiuus autem formæ* פָּקוֹד *pekod retinet sceua primæ literæ, & mutat cholem secundæ in camets, chatuph, vt* פָּקְדָכֶם פָּקְדֵכֶם *pekodchem, pekodchen, pekodca, nec plura recipit affixa, quàm hæc tria.*

18 *Infinitiuus formæ* פָּתֹחַ petach, *seruat sceua primæ literæ, nisi sequatur alterum sceua: tunc enim mutatur in chiric: patach autem secundæ cum affixo* ךָ *vertitur in camets, cum affixis* כֶם *&* כֶן *manet immotum, cum cæteris omnibus mutatur sceua.*

19 *Denique infinitiuus formæ* מָשׁוֹחַ meſcioach *sub prima retinet sceua, sub se-*

ſecunda vertit vau in camets, ſub tertia accipit camets chatuph, vt מְשִׁחֳךָ meſchiachoca.

20 *Eſt autem obſeruandum, infinitorum affixa, tum actiuè, tum paßiuè exponi poſſe: ſiquidem* פִּקְדּוֹ *pokdo, ſignificare poteſt* viſitatio eius, *ſiue viſitatio referatur ad eum, qui viſitat, ſiue ad eum, qui viſitatur: exceptis tamen* נִי הָ נָה נוּ הוּ *quæ ſolùm patienti conueniunt.*

De Imperatiuo.

21 *Secundæ perſonæ ſingularis maſculina ſequitur normam infinitiui formæ* פָּקוֹד *pakod: ceteræ perſonæ nihil mutant.*

De Futuro.

22 *In toto futuro manent immota puncta ſub literis* אית֗ן etan, *niſi illud punctum ſit camets: tunc enim vertitur in ſceua. Item immota manent puncta ſub prima radicali: cholem autem ſecundæ radicalis vertitur vt vbique in ſceua, præterquam cum affixis* ךָ, כֶם, כֶן, *vbi mutatur in camets chatuph: ſi verò ſub ſecunda radicali non*

sit cholem, sed patach: idem erit iudicium, quod de infinitiuo formæ פִּתַּח petach.

De Piel.

23 *In coniugatione Piel nihil peculiarẽ occurrit, nisi quòd vbique tsere secundæ radicalis vertitur in sceua, præterquam cum affixis,* כֻּן,כֶם,ךָ *vbi vertitur in segol, vt* פִּקְּדוֹ *pikkedo*, visitauit eum, פִּקֶּדְךָ *pikkedca*, visitauit te.

De Hiphil.

24 *In Hiphil nulla mutatio fit, nisi in verbis quiescentibus vbi nghajin vau, vbi tsere literæ he vertitur in chateph segol, vt* הֲבִינוֹ hevino, *& tsere literæ* מ *in Benoni, vertitur in sceua, vt* מְבִינוֹ mevino, *& camets literarum* איתן etan *in futuro vertitur similiter in sceua, vt* יְבִינוֹ jevino.

25 *Paradigma Affixorum.*

Præteritum Kal.

פָּקַד	פְּקָדַנִי	פְּקָדָה
פָּקְדוֹ	פְּקָדָם	פְּקָדֶךָ
פָּקְדָהוּ	vel פְּקָדָכֶם	פְּקָדֵךְ
פָּקְדָהּ	פְּקָדָנוּ	פְּקָדְכֶן:
פָּקְדָת		

פָּקַדְתְּ	פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּן:
פָּקַדְתִּי vel פָּקַדְתִּיו	פְּקַדְתִּינוּ vel פְּקַדְתָּה	
פָּקַדְתָּ	פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּן
פָּקַדְתָּה	פְּקַדְתָּם	פְּקַדְתָּן
פָּקַדְתִּי	פְּקַדְתִּינוּ	
פָּקַדְתָּ	פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּן
פָּקַדְתָּה	פְּקַדְתָּם	פְּקַדְתָּן
פָּקַדְתִּי vel פָּקַדְתִּיו	פְּקַדְתִּינוּ vel פְּקַדְתָּה	
פָּקַדְתִּיהָ	פְּקַדְתִּים	פְּקַדְתִּין
פָּקַדְתִּיךָ	פְּקַדְתִּיכֶם	פְּקַדְתִּיכֶן:
פָּקַדְתִּיךְ	פְּקַדְתִּיכֶם	פְּקַדְתִּיכֶן:
פָּקַדְתִּיהָ	פְּקַדְתִּינוּ	
פָּקַדְתִּיךָ	פְּקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּן
פָּקַדְתִּיךְ	פְּקַדְתָּם	פְּקַדְתָּן
פָּקַדְתִּים	פְּקַדְתִּינוּ	
פָּקַדְתִּיכֶם	פְּקַדְתִּים	פְּקַדְתִּין
פָּקַדְתִּיכֶן:	פְּקַדְתִּין:	
פָּקַדְתִּיהָ	פְּקַדְנוּ	
פָּקַדְתִּיךָ vel פָּקַדְתִּיו	פְּקַדְנוּהָ	
פָּקַדְתִּין	פְּקַדְנוּךָ	פְּקַדְתִּיהוּ
פָּקַדְתִּיכֶן:	פְּקַדְנוּם	פְּקַדְתִּינִי
פָּקְדוּ	פְּקַדְנוּכֶם	פְּקַדְתִּים
פָּקְדוּהָ	פְּקַדְנוּהָ	פְּקַדְתִּינוּ
פָּקְדוּךָ	פְּקַדְנוּךָ	פְּקַדְתִּיהָ
פָּקְדוּנִי	פְּקַדְנוּן	פְּקַדְתִּין:

Eadem punctorum ratio, quæ in

פְּקַדְתִּי *pekadti.* At פְּקַדְתִּיהוּ *pekadtihu, pekadtien,* &c. Omnia more masculini פְּקַדְתֶּם *pekadtem.*

Benoni.

פּוֹקֵד	פּוֹקְדָה	vel	פּוֹקֶדֶת
פּוֹקְדוֹ	vel	פּוֹקְדָהּ	פּוֹקַדְתּוֹ
פּוֹקְדֵהוּ		פּוֹקְדִים	& פּוֹקַדְתֵּךְ
פּוֹקְדִי	vel	פּוֹקְדַי	פּוֹקְדוֹת
פּוֹקְדֵנִי		פּוֹקְדָיו	פּוֹקְדוֹתָיו &c.

Paul.

פָּקוּד	&	פְּקוּדִים	& פְּקוּדַת
פְּקוּדוֹ		פְּקוּדַי	פְּקוּדָתוֹ
פְּקוּדָו		פְּקוּדָיו	פְּקוּדוֹת

Infinitiuus.

פְּקוֹדְךָ	פְּקֹדָה		פְּקוּדוֹתַי:
	פְּקֹדֶם		פְּקֹדְכֶן:
פְּקוֹד	פְּקֹדְכֶם		מָאוֹס
פְּקֹדוֹ	פְּקֹדְנוּ		מָאֵסוֹ
פְּקֹדֵהוּ	פְּקֹדָהּ	vel	מָאֵסְךָ
פְּקֹדְנוּ	פְּקֹדָה	vel	מָאֵסִי
פְּקֹדְךָ	פְּקֹדְנָה	vel	
פְּקֹדִי	פְּקֹדֵךְ		רְדוֹף
פְּקֹדֵנִי	פְּקֹדֶן	vel	רְדָפֵךְ

רדפ

רִדְפְּכֶם	מְשַׁחֲכֶם	פִּתַּחְכֶּם
רִדְפְּכֶן	מְשַׁחֲכֶן ;	פִּתַּחְכֶּם
מְשׁוֹחַ	פִּתַּח	פִּתַּחְכֶּן :
מְשַׁחֲךָ	פִּתְחוֹ	

Imperatiuus.

פְּקֹד	שִׁמְעֵהוּ		פִּקְדוּם
פִּקְדֵנִי	שִׁמְעֵנִי	vel	פִּקְדוּנוּ
פִּקְדֵהוּ	גְּאַל	vel	פִּקְדוּהָ
פִּקְדֵנוּ	גְּאָלְתּוּ		פִּקְדוּן:
פִּקְדֵנִי	גְּאָלַנִי		פִּקְדִי
פִּקְדֵם	גְּאָלֵם :		פִּקְדִיהוּ
פִּקְדֵנוּ	אֱהַב		פִּקְדִינִי
פִּקְדֵהָ	אֱהַבְתּוּ	vel	פִּקְדִים
פִּקְדֵהָ	אֱהַבְתָּ :	vel	פִּקְדִינוּ
פִּקְדֵנָה	פִּקְדוּ		פִּקְדִיהָ
פִּקְדֵן :	פִּקְדוּהוּ		פִּקְדִין:
שְׁמַע	פִּקְדוּנִי		

פְּקֹדְנָה *pekodna* tatùm recipit pronomina ſeparata.

Futurum.

יִפְקֹד	יִפְקְדֵנוּ		יִפְקְדֵם
יִפְקְדֵנִי	יִפְקְדֵךְ		יִפְקְדֵכֶם
יִפְקְדֵהוּ	יִפְקְדֵנִי	vel	יִפְקְדֵנּוּ

יִפְקְדוּ	יִשְׁמַע	יִפְקְדֵהּ
יִפְקְדוּךְ	יִשְׁמָעֻהוּ	יִפְקְדֶהָ
יִפְקְדוּכֶם	יִשְׁמָעֲךָ	יִפְקְדֶנָּה
יִפְקְדוּךְ	יִגְאַל	יִפְקְדֵךְ
יִפְקְדוּכֶן	יִגְאָלֻתוּ	יִפְקְדֵן
	יִגְאָלְךָ	יִפְקְדֶכֶן:

יִפְקְדוּ Cætera omnia huius personæ *ipkdu*, vt imperatiu. פִּקְדוּ *pikdu*.

CAP. VII.

De literis paragogicis.

Paragogicæ literæ quinque.

AD perfectam cognitionẽ nominum, & verborum, sciẽdum est quinque esse literas, videlicet אהוין *chenuaio*, quæ paragogicæ, siue additiæ nominantur, propterea quòd interdum tum nominibus, tum verbis, solius euphoniæ causa, superadduntur: & quidem א inuenitur Ecclesiastæ 11. in voce יחוא *iehu*, *erit*: vbi sciurec est loco chiric longi: sic enim esse debuit, יחי *iehi*.

2 He

2 He inuenitur frequenter in voce לַיְלָה *lajela*, *nox*. Item in infinitiuo, & imperatiuo: sed mutantur tunc puncta eo modo, quo propter affixa, vt לִפְקֹדָה *lepokda ad visitandum*, זָכְרָה לִי *zocra li, memento mei*. Denique etiam in futuro, vt אֶשְׁכְּנָה *escena*, *habitabo*, נִשְׂמְחָה *niscmecha, lætabimur*, יְחִישָׁה *jaschiscia, accelerabit*.

3. Iod additur interdum nominibus adjectiuis fœminini generis, vt מְלֵאתִי *melaathi, plena*, pro מְלֵאָה *melea*. Item Benoni, & Paul, vt יוֹשְׁבִי *joscievi*, pro יוֹשֵׁב *ioscieu, sedens*, & גְּנֻבְתִי *ghenuti, furto ablata*, pro גְּנֻבָה *ghenuva*. Item in infinitiuo, vt לְהוֹשִׁיבִי *lehoscivi*, pro לְהוֹשִׁיב *lehosciv, ad habitare faciendum*. Denique inuenitur lib. 2. Regum, ca. 13. versu 20. in media voce אֲמִינוֹן *Aminon*, pro אַמְנוֹן *Amnon*, *Num Amnon frater tuus?* &c. Et lib. 1. Esdræ, cap. 10. uersu 16, לְדַרְיוֹשׁ *ledarjosc*, pro לִדְרוֹשׁ *lidrosc*, *ad quærendum*: sed priori in lo-

co contẽptus gratia additum videtur.

4 Vau redundat in illa voce חַיָּתוֹ *chaietho* Genſis 1. pro חַיַּת *chaiath*.

5 Denique nun additum reperitur frequenter tertiæ perſonæ præteriti pluralis numeri, vt יָדְעוּן *iadenghum*, *cognouerunt*. Item in infinitiuo, vt בְּאֹבְדָן *beovdam*, *in pereundo*: & futuro, vt יִדְרְכוּן *idrecun*, *tendent*, תִּדְרְכוּן *thidrecum*, *tenditis*, quod etiam accidit ſi ſequantur affixa, vt יְכַבְּדֵנִי *iecabbedaneni*, pro יְכַבְּדֵנִי *iecabbedani*, *honorabit me*. Atque hęc de verbis, & nominibus.

PARS QVARTA QVÆ EST DE RELIQVIS ORATIONIS *partibus*, *& de Syntaxi*.

CAPVT I.

De Aduerbio, Præpoſitione, Coniun-

junctione, & Interjectione.

RESTAT מִלָּה *milla*, hoc est, dictio, quæ quatuor alias complectitur partes orationis, Aduerbium, Præpositionem, Coniunctionem, & Interiectionem. Aduerbia tot sunt apud Hebræos, quot apud alias nationes, quæ hoc ordine iuxta varias significationes numerari possunt.

hîc. huc. ibi. illuc. inde. intus.

2 Loci, תּוֹךְ מִשָּׁם שָׁמָּה שָׁם פֹּה

vbi foris, foras.

חוּץ אַיֵּה אַי אֵיכֹה אֵיכָה אֵיךְ:

hîc, huc, hinc. illuc. illinc. vnde. quo. quo.

אָן אָנָּה מַאַיִן כֹּה הֲלוֹם:

huc, il'uc.

הֵנָּה

hodie. cras. heri.

3 Tẽporis. אֶתְמוֹל תְּמוֹל מָחָרת מָחָר הַיּוֹם

nocte proxima. mane. vesperi. nudius tertius.

שִׁלְשׁוֹם עֶרֶב בֹּקֶר אֲמָשׁ

tunc. nunc. quotidie. adhuc. iam, iampridem.

כְּבָר עוֹד תָּמִיד עַתָּה נָא אָז

vsque, id est, semper. quando. quum. mox. postea.

אַחַר פִּתְאוֹם כִּי מָתַי עַד

antea, anteaquàm.

מֵרֹם

non

4 Negandi. בִּלְתִּי· בְּלִי· בַּל· אַיִן· אַל· לֹא

sic. certè, verè.

5 Affirmandi. כֵּן· אָכֵן· אָמְנָה· אָמֵן

en. ecce.

6 Demonstrandi. הֵן· הִנֵּה·

vtinam. quis dabit, ó si

7 Optandi. לוּא· לוּ· אַחֲלַי

eia. age. obsecro.

8 Hortãdi, & Obsecrandi. אָנָּה· אָנָּא· נָא

nonne? cur? quomodo?

9 Interrogãdi. אֵיךְ· אֵיכָה· מַדּוּעַ· לָמָּה· הֲלֹא

sicut, quasi, tanquam. sic.

10 Similitudinis. כֹּה· כֵּן· כְּמוֹ

benè. malè. verè. rectè. æquè.

11 Qualitatis. נָכוֹן· יָשָׁר· אֱמֶת· רַע· טוֹב

festinanter. sapienter. prudenter. legitimè.

בְּמִשְׁפָּט· בְּבִינָה· בְּחָכְמָה· בְּמֶהֱרָה·

multum parum. modicum.

12 Quantitatis. זְעֵר· מְעַט· הַרְבֵּה· רַב

plus, magis.

13 Comparandi. יוֹתֵר

valde. maximè.

14 Vehementiæ. מְאֹד מְאֹד

lentè. sensim.

15 Remissionis. לְאַט מְעַט מְעַט

forsan

forsan. an, si ne forte.

16 Dubitandi. פֶּן אִם אוּלַי

seorsum. tantummodo, duntaxat.

17 Separandi. לְבַד

simul, vnà, pariter.

18 Congregandi. יַחְדָּו יָחַד

Hebraicè Syriacè Græcè Latinè.

19 Gentis. רוֹמִית יְוָנִית אֲרַמִּית עִבְרִית

& cætera ad eundem modum.

20 Ex his aduerbiis pauca quædam suscipiunt affixa, hoc modo:

ecce illi. ecce ego ecce tu. ecce ille. ecce

הֵן הִנֵּנִי הִנָּךְ הִנֶּנִּי vel הִנֵּנִי חִנֵּם

sicut. non tu. non ego. non. ecce nos. ecce vos.

הִנֵּכֶם הִנֵּנוּ אֵין אֵינִי אֵינְךָ כְּמוֹ

vbi tu? vbi. sicut illi. sicut ego. sicut tu. sicut ille.

כְּמוֹהוּ כְּמוֹךָ כְּמוֹנִי כְּמוֹהֶם אַיֵּה אַיֵּהוּ

21 Præpositiones ordine Alphabetico ita numerari possunt.

pro. propter. absque. iuxta. post. cum. ad.

אֶל אֵת אַחַר אֵצֶל כְּלֹא בְּגַלַל בְּעַד

ante. extra. vltra. inter. propter.

בְּלַעֲדֵי vel בַּעֲבוּר בֵּין הֲלְאָה חוּץ לְפָנֵי

coram. à, ab. præter. propter. secundùm, contrà, è regione.

לְעֻמַּת לְפִי לְמַעַן לְבַד מִן נֶגֶד

pro, sub. cum. trans. super. circa. è regione.

נוֹכַח סָבִיב עַל עֵבֶר עִם תַּחַת

22 Ex quibus præpositionibus nullæ sunt, quæ non recipiant affixa more nominum, & verborum, exceptis sex, videlicet: בְּלִי הֲלֹא חוּץ לְפִי נוֹכַח עֵבֶר *belo halea, chuts, lephi, nocach, nghever.*

Appendix.

Quomodo autem puncta mutentur in præpositionibus ratione affixorum, satis diligenter in dictionariis explicatur. Illud tamen non videtur omittendum, עִם & אֵת *recipere affixa more pluralium nominum, id est addendo jod post lamed, & præterea* אֵל *cum affixis omnibus mutare* segol *in* tsere, *præterquam cum affixis* הֶם הֶן כֶּם כֶּן *cum quibus mutat segol in patac sceua,* עַל *ut* עֲלֵיכֶם עֲלֵיהֶן alechem elav. *Porò præpositio* עַל *affixis* הֶם הֶן כֶּם כֶּן *mutat patac in patac sceua, cum alijs autem omnibus in camets,* עַל *ut* עֲלֵיכֶם עֲלֵיהֶן nghalechem, nghalau.

23 Coniunctiones numerantur omnino septem Copulatiua וְ, גַּם *etiam:*

etiam: אַף, *quoque*. Disiunctiua אוֹ, *vel, aut*. Continuatiua אַךְ, *veruntamen, tamen*, Causalis אִם, *si*, לוּלֵי *lule, nisi*. Rationalis כִּי *quia*: לְמַעַן *lemanghan, vt*: עֵקֶב *nghakev*, יַעַן, *propterea*, אֲשֶׁר *ascier. quòd, quia*.

24 Interjectiones sunt quinque. Dolentis, חֲה: *æ* אוֹי הוֹי אֲבוֹי אַי הִי, *heu*: אֲהָה אָה *ah*. Gaudentis, הֵאָה *euge*. Ex clamantis הוֹי *ò*. Admirantis, אֵיכָה אֵיךְ *quomodo*. Blandientis, & Rogantis נָא אָנָּא אָנָּה.

CAPVT II.

De literis seruilibus.

ADVERBia, & præpositiones apud Hebræos partim constãt ex integris dictionibus, de quibus hactenus locuti sumus, partim ex solis quibusdam literis, quæ seruiles ea potissimùm de causa dictę sunt.

Sciendum igitur est ex viginti dua-

bus literis Hebræorum, vndecim esse radicales, & vndecim seruiles. Radicales dicuntur illæ, quæ semper sunt pars thematis, nec vllum alium habent vsum. Seruiles dicuntur eæ, quæ etsi quandoque pertinent ad ipsum thema, sæpius tamen deseruiunt vel loco præpositionum, atque aduerbiorum, vel ad personas, tempora, numeros, genera, aliáque id genus indicanda. Porrò seruiles literæ, his tribus nominibus trium insignium virorum continentur, מֹשֶׁה וְכָלֵב אִיתָן *mosche, vecalev etan*: reliquę omnes radicales sunt.

2 Et quoniam de iis literis multa suprà variis locis dicta sunt, hîc partim per compendium repetemus, quæ alibi dicta sunt, partim etiam addemus, quæ super sunt dicenda.

3 ℵ Primum est vna ex literis formatiuis futuri. Secundum est vna ex for-

formatius nominū verbalium. Tertium est vna ex paragogicis.

4. י Primum est ex formatiuis futuri. 2. ex formatiuis nominum verbalium. 3. ex paragogicis. 4. ex formatiuis pronominum. 5. est nota numeri multitudinis in nominibus. 6. est characteristica conjugationis Hiphil.

5 ת Primum est ex formatiuis futuri. 2. ex formatiuis nominum verbalium. 3. est nota generis fœminini in nominibus, quum additur ad finem.

6 נ Primum est ex formatiuis futuri. 2. est ex formatiuis nominum verbalium. 5. ex paragogicis. 4. ex formatiuis pronominum.

7 מ Primum format Benoni in Piel, Hiphil, & Hitphael. 2. est ex formatiuis nominum verbalium 3. ex formatiuis gerundiorum. 4. ex formatiuis pronominum. 5. ponitur pro

מִן *min* præpositione: tunc autem infigit daghes in sequenti ob defectum nun. dicimus enim מִשָּׁמַיִם *missiamaim*, *è cælis*, pro מִן שָׁמַיִם *min sciamain*: quod si litera sequens non sit capax daghes, ponitur tsere sub מ loco chiric, vt מֵאֶרֶץ *meerets*, *è terra*, pro מִן אֶרֶץ *min erets*. Non desunt tamen aliquæ voces, quæ præter regulam, nec recipiant daghes, nec mutent chiric in tsere, vt מְחוּט *michut*, *à filo*: מֵרְדוֹף *mirdoph*, *à persequendo*. Sextum deseruit comparationi.

8 שׁ Primum ponitur pro אֲשֶׁר *ascier*, qui, quæ, quod, quia, vt, aliáque id genus significans. Punctum ejus vsitatum est segol sequente daghes, vel sine daghes, si litera sequens non sit ejus capax, vt שְׁכֵבָה *scieccaca*, *quod sic*: שְׁעָלוּ *scienghalu*, *quæ ascenderunt*. Præter morem tamen inuenitur שׁ cum camets, vel patach vel sceua, vt שְׁהוּא *quod ipse*: שְׁקָמְתָּ *sciakamta*, *quod surrexisti*

xisti, שְׁאַתָּה *scieatta*, *quod tu.* Pro quo etiam videtur interdum vsurpari demonstratiuum, vt זֶה, זֶ֫ *ze*, vt Psal. 9. vers. 16. בְּרֶשֶׁת זוּ טָמְנוּ *bereschieth ze tamanu*, *in laqueo*, *quem absconderunt*: nisi dicas desiderari relatiuum, vt sit טָמְנוּ *tamanu*, pro שֶׁטָּמְנוּ *schietamanu*, *in laqueo hoc*, *quem absconderunt.* 2. addito Lamed efficit articulum genitiui שֶׁל *schiel.*

9 ה Primum est ex paragogicis. 2. ex formatiuis nominum verbalium secundum plerosque: tamen Rab. Dauid Kimchi in Ioelem existimat he nunquam formare nomina: & rationem adfert sanè probabilem. Literæ enim nominum formatrices adeò necessariæ sunt, vt sine illis nomen nihil omnino significet. Nam si ex מִזְמוֹר *mizmor*, Psalmus, auferas מ, formatiuum verbali זְמוֹר *zemor*, non erit nomen. At omnia nomina, quæ videntur habere he formatiuum, e-

tiam ſine ipſo he intergra, & vera nomina ſunt, vt לַיְלָה & לַיִל *lail*, & *laila*; *nox*, חַדְרָה & חֶדֶר *cheder*, & *chadra*, *cubiculum*, & alia. 3. eſt nota generi fœminini, & fermè habet ante ſe camets cum accentu. 4. eſt ſignum demonſtratiuum, idémque valet apud Hebræos, quod articulus apud Græcos: & ferè tunc ſub ſe requerit patach ſequente daghes, vt הַבַּיִת *habbaith. illa*, *domus*. quòd ſi litera ſequens nō ſit capax daghes, ponitur ſub ה camets loco patach, vt הָעֶבֶד *hangheued*, *ſeruus*, הָרוֹעֶה *haronghe*, *paſtor*.

Exceptiones.

1 *Excipiuntur literæ* ה, & ח, *ante quas* ה *demonſtratiuum retinet ſuum patach*, vt הַהֵכָל hahechal: templum, הַחַלּוֹן, hachallon, feneſtra.

2 *Excipiuntur etiam literæ gutturales, quæ ſubſe habent camets in dictionibus non monoſyllabis: nam ante eas*, ה *demonſtratiuum plerumque habet ſegol*, vt הֶעָשָׁן hen-

henghaſcian, fumus.

3 *Excipiuntur denique literæ ſceuatæ, ante quas* ה *retinet ſuum patach, etiam ſi illæ non ſint notatæ puncto daghes, vt* הַיְאוֹר hajeor, flumen. 5 *præpoſita hæc litera verborum participijs gerit vicem relatiui, vt* הַנִּרְאָה hannnirea, qui cernitur. 6. *eſt nota admirationis, & interrogationis: & tunc recipit plerumque ſub ſe patach ſceua, vt* הַזֶּה haze, num iſte: *ante gutturales autem, notatas puncto cametz, requirit ſegol, vt* הֶהֱיִתָה זֹאת hehajetha zoth, num factum eſt hoc? *ante eaſdem verò non notatas puncto cametz requirit patach, vt* הַאִישׁ כָּמוֹנִי haiſc camoni, num vir ſicut ego? *Septimum, ad finem dictionis hæc litera ſæpenumero ſeruit loco præpoſitionis* ad, *vel* in, *vt* מִצְרַיְמָה mitſraima; in Ægyptum, יָמִימָה jamima, in dies. 8. *interdum eſt aduerbium vocãdi, ſiue articulus vocatiui caſus, vt* הַשָּׁמַיִם haſſciamaim; ô cæli: 9. *eſt figuratiua coniugationis Hiphil,*

Hophal, & Hitphael.

10 1 Primum est ex literis paragogicis. 2. ex formatiuis pronominum. 3. est nota numeri pluralis in verbis. 4. est nota copulatiua significans, &, atque, autem, & sæpissimè præponitur ad initia librorum, vel sententiarum, ornatus gratia, vt Exodi 1. vers. 1. וְאֵלֶּה שְׁמוֹת *veelle sciemoth & hæc sunt nomina.* Interdum etiam significat quia, vt Genes. 14. vers. 19. *Melchisedech protulit panem, & vinum,* וְהוּא כֹהֵן *vehu cohen, ipse enim sacerdos.* Et Genes. 30. vers. 27. ait Laban, נִחַשְׁתִּי וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה *nichasti vajebarcheni Iehoua, Expertus sum, quòd benedixit mihi Dominus.* Significat quoque sic, vel similiter, in libro Prouerb. frequentissimè, item, sed; certè, vtrùm, & his similia.

11 Punctum eius solenne est sceua: tamen ante literas labiales, quæ sunt בּוּמָף *bumaph*, & ante sceuatas requirit

rit sciurec, quod pro vocali breui in eiusmodi locis haberi solet. Si tamen litera sceuata sit jod, abiecto sceua, ponitur chiric sub litera ו, vt וִימִין *vimin, & dextera*, pro וְיָמִין *vejemin*: ante literas autem gutturales affectas puncto rapto habet punctum simile, vt וְאֵלִיל *veelil, & vanitas*, & per contractionem abjicitur sæpe ipsum punctum raptum, vt וַאדֹנָי *vadonai*, pro וַאֲדוֹנָי *vaadonai*.

12 Quando etiam ex puncto rapto sub litera gutturali excidit sceua, similiter vau præcedens habet patach, vel segol sine sceua, vt וַעֲשֵׂה *vanghase, & fac*, וַאֶחֱסֶה *veechse, & sperabo*. Excipitur nomen אֱלֹהִים *elohim*, ante quod vau semper habet tsere, abiecto segol, וֵאלֹהִים *veelohim*, & *Deus*. Quando verò vau coniungit duo nomina, & secundum est monosyllabum, vel habet accentum in penultima, semper sub se habet camets, vt

תֹהוּ וָבֹהוּ *tohu vavohu, inanis & vacua.*

13 Quintum, vau conuertit significationem præteriti in significationem futuri, & è contrario. Conuertit quidem præteritum in futurum, quando præcessit aliud futurum, vel certè non præcessit præterium: tunc autem vau versiuum non distinguitur notatione à vau copulatiuo, id est, habet sceua, vel alia puncta, vt vau copulatiuũ: sed hoc addit, quòd semper accentum rejicit in vltimam, vt וְשָׁמַרְתִּי *vesciamarti, & custodiam.* Excipiuntur quiescentia Lamed he, quę retinent accentum in penultima, vt וְגָלִיתִי *vegaliti, & migrabo.*

Futurum autem vertit in præteritum, quando, habet sub se patach sequente daghes, vt וַיָּמָת *vaïjamot, & mortuus est*, quod tamen daghes excidit ex litera sceuata, euphoniæ causa, וַיְהִי *vaiehi, & fuit.* Quòd si litera sequens non sit capax daghes, habet ca-

camets loco patach, & accentum ab vltima ad penultimam retrahit, וָאָקָם *vaakom, & surrexi.*

14 כ Primum quidem est nota similitudinis, significãs, sic, secundum, iuxta, sicut. Deinde verò est nota coniecturalis, significans circiter, quasi. 3. est ex literis formatricibus pronominum. 4. ex formatricibus gerundiorum. Interdum adciscit particulam מוֹ, & efficit integram dictionem כָּמוֹ *camo, sicut*, & tunc recipere potest etiam affixa, vt כָּמוֹנִי *camoni, sicut ego:* כָּמוֹךָ *camocha, sicut tu*, &c.

Proprium est huius literæ, & duarum sequentium, vt non patiantur post se ה demonstratiuum, sed eo reiecto, assumant punctum eius, vt כַּשָּׁמַיִם *cassciamaim, sicut cæli*, pro כְּהַשָּׁמַיִם *ckehassciamaim.* Puncta huius literæ. & duarum sequentium, eadem sunt quæ vau copulatiui, eo excepto, quòd propter literas sceuatas non

mutant ſceua in ſciurec, ſed in chirie, & ante literas labiales retinet ſuum ſceua.

15 ל Primum eſt articulus datiui, ac genitiui caſus, & interdum etiam accuſatiui. 2 eſt vna ex formatricibus gerundiorum. 3. ſeruit loco præpoſitionis ſignificans, ad, in, propter, &c. Recipit quoque affixa, vt ſuprà oſtenſum eſt in capite de pronomine.

16 ב Primum eſt vna ex literis formatricibus gerundiorum. 2. ſeruit loco præpoſitionum, in, cum, ab, &c. 3 deſignare ſolet ablatiuum inſtrumenti vel pretij, vt בְּכֶסֶף קָנִיתִי *becheſeph kaniti*, *argento emi*, בְּחָכְמָתְךָ עָשִׂיתָ *bechochmathcha nghaſita*, לְךָ חַיִל *lecha chail*, *ſapientia tua paraſti tibi virtutem.* Recipit hæc litera etiam affixa more nominum, & verborum, vt בּוֹ בְּךָ בִּי בָּהֶם בָּהֵן בְּכֶם בְּהֵמָה בְּךָ בְּחֶם בְּכֶם בְּהֵמָה בְּךָ בָּהֶן בְּכֶן

Appendix de permutatio-

ne

ne literarum.

Sæpè, vel certè non rarò, literæ in Bibliis permutantur.

1 א *Ponitur pro* ח, *vt* גַּבְתָּא gavtha, eleuata est, שְׁנָא sciena, somnus. *Et pro jod, vt* רִפְּאנוּ rippinu, curauimus, *pro* רִפִּינוּ rippinu, *& pro litera geminata* בְּזּוּ bazeu, diripuerunt, *pro* בְּזוּ bazezu.

2 ג *pro* ז, גֵּה, ifte, *pro* זֵה.

3 ה *pro* א, *vt* הוֹצִיה hotsi, *pro* אוֹצִיא otsi, educam: בָּהּ veniens, *pro* בָּא.

4 ב *pro* ב, *vt* בְּרוּחַ קָדִים cheruach kadim, in vento orientali, בְּדָמַי chidme, in sanguinibus.

ם *pro* נ, *vt* תַּנִּים tannim, *pro* תַּנִּין tannin, serpẽs, וְיַגְרְשׁוּם vajghareſcium, & expulerunt eas, *ſcilicet filias Madian.*

6 נ *pro* ם, *vtu* מְלָבִין melachin, Reges, יָמִין iamin, dies. *ſed hæc redolent Chaldaiſmum.*

7 ס *pro* שׂ יָסוֹר, jaſor, dominabitur, *pro* יָשׂוֹר. *Huius literæ permutatio frequẽs*

est in Sacris libris.

8 ת *pro* ה, תשבת *ut* veſciavath, & reuertetur. *Hoc in fœmininis frequentissimum est, quum regimen pro absoluto adhibetur. Verum hæc fusius hoc loco persequi non est necesse.*

CAP. III.

De inuestigatione radicis, siue Thematis, & usu Dictionarij.

DIctionaria Hebræorũ non continẽt ordine alphabetico nomina, verba, ac cæteras dictiones omnes, sed solùm themata, siue radices, quibus subiiciũt eas omnes voces, quæ ab illis deriuantur. Vt igitur quocunque vocabulo oblato radicẽ eius inuestigare possimus, primùm mandanda est memoriæ diuisio literarum in vndecim radicales suis vocibus comprehensas קצר זעף גט חסד *katsar zangaph ghet chesed*, & vndecim seruiles

משה

משרת וכלב איתן *Moscie vechalev ethan*: quam diuisionem capite superiore tradidimus. Deinde sciendum est, ex vndecim seruilibus quatuor esse, quæ etsi initio dictionis aliquando seruiunt, tamẽ in medio ac fine, semper sunt radicales, videlicet, אלבש *elbasc*. Item alias quatuor in principio, & fine dictionis non rarò seruire: in medio autem semper ad radicem pertinere, videlicet מנכה *meoncha*. Denique reliquas tres תוי *teui*, vbique radicales & sertiles esse posse.

2 Quibus obseruatis, oblata voce, cuius radicem quærimus, initio remouendæ sunt omnes literæ seruiles & si quidem remanent literæ tres radicales, eæ sine dubio radicem efficiunt. Quòd si seruilibus remotis nõ remanent tres literæ radicales, videndum est antè seruilibus eiusdem vocis aliquæ sint de numero earum, quæ sunt semper de themate. At si

ne hoc quidē modo inuenietur thema, expendendum erit, num fortè reliquæ literæ dictionis eiusdem, quæ tum radicales, tum seruiles esse possunt, in ea dictione sint radicales. Si denique constet, eas non esse vllo modo radicales, apparebit vocem ex imperfectis esse, hoc est ex quiescentibus, vel defectiuis, & idcirco præponendum erit initio Nun, aut Iod: vel inserendum in mēdio Vau, aut Iod: vel ad finem addendum He, aut Nun: aut certè secunda litera duplicanda.

CAP. IV.

De syntaxi.

QVoniā ea, quæ ad constructionē pertinent, sunt ferè omnia Hebraicæ linguæ cū cęteris cōmunia: & vsu, ac lectione scripturarum facilè percipi possunt: rem totam paucis comple-

plectemur. Ac primùm explicabimus constructionem quidem nominis cum verbo, deinde adiectiui cum substantiuo, tum substantiui cum substantiuo: postremò relatiui cum antecedente.

1 Nomen, & verbum in genere, numero, & persona conuenire debent, vt Genesis 1. וְהָאָרֶץ הָיְתָה *vehaarets hajetha, & terra erat:* יְהִי אוֹר *jehi or, fit lux.* Hoc tamen non vbique seruatur: sæpe enim nomen generis masculini iungitur verbo generis fœminini, vt lib. 2. Reg. cap. 13. vers. 37. וַתִּכְלְ דָּוִד *vattechal Dauid, & cessauit Dauid:* & contrà, vt 1. Reg. c. 25. v. 27. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *heui sciphathecha, attulit ancilla tua.* Sed in his & similibus videtur intelligendum aliquod verbum commodum, vt cessauit Dauid, id est, anima Dauidis: attulit ancilla tua, id est seruus præmissus nomine meo, quæ sum ancilla tua: vel cer-

tè ſcriptura magis ad rem ſignificatam reſpicit, quàm ad vocem ſignificantem, vt Cant. cap. 2. verſ. 7. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלִַם אִם תָּעִירוּ וְאִם תְּעוֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה *hiſchaghnti ethchem benoth Ieruſcialaim im tanghiru veim tenghoreru eth haahava. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi excitetis, & ſi euigilare faciatis*, hoc eſt, *ne excitetis, néve expergiſci ſinatis dilectam*, vbi תָּעִירוּ *tanghiru* & תְּעוֹרְרוּ *tenghoreru* verba ſunt generis maſculini, quia filiæ Ieruſalem appellantur ciues vrbium, Ieroſolymæ ſubiectarum. Et Eccleſ. 1. verſ. 2. אָמַר קֹהֶלֶת *amar koheleth, dixit concionatrix*, hoc eſt, anima Salomonis, &c.

2. Quod dicimus de genere, etiam de numero dici poteſt. Inuenitur enim ſæpe nomen numeri ſingularis cum verbo numeri pluralis, vt Hag. c. 2. v. 8. וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם *uvau chemdath goim, & venient deſiderium gentium*: & contrà, vt Gen. 1. v. 14. יְהִי מְאוֹרֹת *jehi meo-*

meoroth, ſit luminaria: ſolet autem hoc fieri præter cõmunem regulã, quando nomen ſingularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contrà: tunc enim verbum conuenit in numero cum poſteriore nomine, etiam ſi in obliquo ſit, vt Iob 15. v. 20. מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפָּנוּ *miſpar ſcianim niſpenu, numerus annorum reconditi ſunt*: Eccleſ. c. 10. v. 1. זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יְבִיעַ שֶׁמֶן *zeuuve maueth javiſc jabbiangh ſciemen, muſcæ mortis*, hoc eſt mortuæ, *perdit ſuauitatem vnguenti*. Ad verbum, facit fœtere & exhalare (fœtorem) vnguenti.

3 Solet etiam id fieri, quando nomen pluralis numeri diſtributiuè exponi poteſt, vt Gen. c. 49. ver. 22. בָּנוֹת צָעֲדָה *banoth tſanghada, filia diſcurrit*, id eſt, vnaquæque filiarum diſcurrit.

4 Interdum quoque id fit, quum nomen purale ſingularem ſignificat, vt Exodi c. 21. v. 4. אִם אֲדֹנָיו יִתֶּן־לוֹ *im adonau itten, ſi domini eius dederit*, id eſt,

si dominus eius dederit: accipitur enim passim nomen אֲדוֹנִים *adonim* pro אָדוֹן *adon*.

9 Ad mysterium denique Trinitatis insinuandum, vt Genesis cap. 1. v. 1. בָּרָא אֱלֹהִים *bara elohim creauit Dij*, id est Deus in personis trinus creauit.

Est etiam animaduertendum, sæpe apud Hebræos desiderari verbum substantiuum, vt Psal. 34. v. 8. רְאוּ כִי טוֹב יְהוָה *reu chi tov Iehoua*, *videte quia bonus* (est) *Dominus*.

7 Item non rarò vsurpari tertiam personam verbi actiui in passiua significatione, vt Genes. 16. עַל־כֵּן קָרָא לַבְּאֵר בְּאֵר לַחַי רֹאִי *nghal chen kara liveer beer lachai roi propterea vocauit puteum, puteum*, id est, vocatus est puteus, vel vocauit quispiam, hoc est, cœptus est vocari iam tum puteus *viuentis, & videntis*.

2 Adiectiuum, & substantiuum, in genere, numero, & casu plerumque con-

consentiunt, vt Cant. cap. 4. vers. 1. יָפָה רַעְיָתִי *japha ranghjati*, *pulcra amica mea*. Cant. 5. vers. 10. דּוֹדִי צַח *dodi tsach*, *dilectus meus candidus*. Interdum tamen, sed rarò, inuenitur adiectiuum generis masculini cum substantiuo generis fœminini, vt Exodi 11. vers. 6. צְעָקָה כָּמוֹהוּ, *tsenghaka camohu*, *acclamatio sicut ipse*, hoc est, *acclamatio sicut ipsa*.

9 Interdum etiam adiectiuum numeri singularis cum substantiuo numeri pluralis, vt Esa. cap. 19. ver. 4. אֲדֹנִים קָשֶׁה *adonim kascia*, *dominorum duri*, id est, durorum.

10 Quando autem adiectiuum cum substantiuo non concordat in casu, sed adiectiuum in nominatiuo, substantiuum in genitiuo est, exponi debet adiectiuum per superlatiuum, vel comparatiuum, vt 1. Reg. cap. 21. vers. 7. אֲבִיר הָרוֹעִים *abir haronghim*, *potens pastorum*, id est præstantissimus, hoc est, princeps, præfectus. Isa. cap.

29.ver.11. חַכְמֵי יוֹעֲצֵי *chacme jonghatſe, ſapientiſſimi conſiliariorum*, vel *ſapientiores conſiliariorum.*

11 Adiectiua quoque, quæ apud Latinos ablatiuum regunt, apud Hebræos regunt genitiuum, vt Ioel.2. ver.5. עֲרוּךְ מִלְחָמָה *ngharoc milchama, inſtructus prælij*, id eſt prælio, vel ad prælium. Pſalm. 24. ver. 4. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *neki cappaim uvar levav, mundus manum, & mundus cordis*, id eſt, mundus manibus, & corde.

12 Subſtantiuum quando iungitur ſubſtantiuo, ferè vnum nominatiui, alterum genitiui caſus eſt, vt Eccleſ. cap.1.verſ.1. דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן־דָּוִד *divre kohheleth ben Dauid*, Verba Eccleſiaſtæ filij Dauidis.

13 Solet etiam ſubſtantiuum habere formam regiminis genitiui, etiam non ſequente genitiuo, ſed literis ſeruilibus שִׂכְלָם *ſcieualem*, vt Eccleſiaſtæ cap. 11. verſ. 3. מָקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *me-*

kom

kom ſcieippol, *locus quo cadet*. 2. Regum cap. 1. ver. 21. הָרֵי בַּגִּלְבֹּעַ *hare baggilboangh*, *montes in Gelboe*. Iob cap. 18. ver. 2. קִנְצֵי לְמִלִּין *kintſe lemillin*, *fines ſermonibus*. Ezechielis cap. 13. verſ. 2. נִבְּיאֵי מִלִּבָּם *nevie millibam*, *Prophetæ ex corde ſuo*. Idem iudicium de particulis his literis ſignificatione reſpondentibus, vt אֲשֶׁר אֵת *aſcuer eth*, & harum ſimilibus. Porrò frequentiſſimè apud Hebræos genitiuus nominis ſubſtantiui fœminini ponitur pro adjectiuo, vt Exodi cap. 3, verſ. 5. אַדְמַת קֹדֶשׁ *admath kodeſc*, *terra ſanctitatis*, id eſt terra ſancta.

14 Verbalia actionem ſignificantia nonnunquam caſum ſuorum verborum admittunt, vt כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֵת־סְדֹם *chemacapecath elohim eth ſedom*, *ſecundum euerſionem Dei Sodomam*, &c. id eſt, ſicut euertit Deus Sodomam, Item כְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *caahauath Iehoua eth bene Iſrael*, *ſecun-*

dùm amorem Domini filios Israel, id est sicut Dominus amat filios Israel.

15 Relatiuum, & antecedens apud Hebræos non possunt non conuenire, quum אֲשֶׁר *ascier*, quod est relatiuum, sit vtriusque generis, & numeri, nec per casus declinetur,

16 Est autem diligenter notandum, relatiuum interdum omitti, ac subintelligi: sicut etiam aliquando omittitur, ac sub intelligitur antecedens: interdum autem subiungi relatiuo pronomen, quod apud Græcos, & Latinos, superuacaneum videretur. Exempla, Iob cap. 19. v. 19. וְזֶה אֲהֵבְתִּי וַיַּהֲפְכוּ בִּי *veze ahauti nephecu bi, & hi,* (quos, sub intellige) *diligebam, versi sunt in me.* Genesis cap. 44. ver. 1. וַיְצַו אֶת־אֲשֶׁר עַל־בֵּיתוֹ לֵאמֹר *vaijetsaueth ascier nghal betho lemor, & præcepit* (ei, subintellige) *qui super domum suam præpositus erat, dicens.* Genesis cap. 1. v. 11. אֲשֶׁר זַרְעוֹ בּוֹ *ascier zangho bo, cuius semem eius*

eius in ipso sit. Psam. 1. vers. 5, כַּמֹּוץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *camets ascier tiddephenu ruach, sicut glumu, quam proiicit etiam ventus.*

Appendix de verbi constructione.

1 *Verbum præter normam interdum conuenit genere, & numero cum posteriore nomine, quod regitur, etiam si sensu cum priore cohæreat.* Gen. 4. v. 9, קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צוֹעֲקִים kol deme achicha tsongha-kim, vox sanguinum fratris tui clamant; pro clamat. 1. Reg. 2. v. 4. קֶשֶׁת גִּבּוֹרִים חַתִּים kescieth ghibborim chattim, arcus fortium fracti, *pro* חַת chat; fractus.

2 *Significatio verbi Habeo, effertur per verbum substantium* הָיָה haia, fuit, *vt apud Latinos; est mihi liber, est mihi pater, vt* וַיְהִי לוֹ מִקְנֶה־צֹאן vajehi lo mikne tson, & fuit illi possessio pecoris. *Sæpe tamen hoc verbum omittitur;* וּלְשָׂרָה וְלֶשָׂרָה ven, & Saræ filius, *scilicet e-*

rit לִי סְפָרִים רַבִּים li sepharim rabbim, mihi multi libri, *scilicet sunt.*

3 *Verbis quæ voluntatem, facultatémve significant, additur Infinitius, vel potius Gerundium cum* ל, לֹא חָפַצְתִּי לְקַחְתָּהּ טז lo chaphatsti lekachtaha, non volui accipere eam: לֹא יָכוֹל יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק lo iacol Ioseph lehiteappek, non potuit Ioseph continere se. *Interdum tamen* ל *omittitur.*

4 *Infinitivus, augendæ significationis gratia, sui verbi præterito, aut futuro, sæpe præponitur: Imperativo verò postponitur*

רָאֹה רָאִיתִי טז reo raithi, videndo vidi,

בֹּא יָבוֹא bo iavo, veniendo veniet,

שָׁמוֹעַ שָׁמַעְתִּי sciamoangh scimnghu, audite audiendo.

PARS QVINTA DE POETICA VNIVERSE siue

De Metris, & Canticis recentiorum Hebræorum.

VEtus quidem Poetica Moſis, & Prophetaram hoc tempore penitus ignoratur. Veruntamen recentiorum Hebræorum Cantica rhythmicis maximè verſibus conſtant, quales fermè à pleriſque proximis hiſce ſæculis condebantur: quos Leoninos appellant. Quoniam tamen ipſi quoque recentiorum Hebraici verſus certo aliquo tum pedum, tum ſyllabarum numero continentur, primùm de ſyllabis, ac pedibus, deĩde etiam de vario carminum rhythmorúmque genere diſſeretur.

CAP. I.

De Syllabis, ac Pedibus.



yllabæ aliæ lõgæ, aliæ breues. Longæ, quæ constant vno ex decem pũnctis vocalibus. Breues, quæ habẽt sceua mobile, siue simplex, siue compositũ, scilicet cateph patach, vel cateph segol, aut sciureç initio dictionis ante literas labiales בומף *bumaph*, & ante alterum sceua, quum ponitur pro ו coniunctione.

2 Sceua quiescens, vt in lectione, ita etiam in carmine negligitur: cùm syllabarum numerum non augeat, nisi per diæresim pronuntietur, aut per diastolen producatur, vt suis locis dicetur.

3 Patach necessitatis literis guttur alibus ינחת in extremis dictionibus additum, in carmine propriam syllabam facit. Ergo מָשִׁיחַ *Masciach*, *Christus*, שׁוֹמֵעַ *scomeangh*, *audiens*, trisylla-

syllaba habentur, quæ alioquin ratione accentus tantùm disyllaba censentur: Idémque de aliis ejusmodi dicendum.

4 Pedes, quibus in versibus vtuntur Hebræi, duo sunt: alter dicitur תְּנוּעָה *tenungha*, motio: & constat syllaba longa vt תָּם *tam perfectus*, לוֹ *lo*, *ei*. Alter dicitur יִתֵּר *jathed*, *clauus*: qui duabus constat syllabis, longa, & breui, instar jambi, vt לְךָ *lecha*, *tibi*, עָמוֹד *nghamod*, *stare*, אָמוֹר *amor*, *dic*, רְאֵה *ree*, *vide*, וּפֶה *vphe*, *& os*. Porrò ex his duobus pedibus, Thenungha, & Iathed variè permixtis fiunt alij quatuor, qui nobis appellantur Spondæus -- דְּבַר *davar*, *verbum*: Bacchius -- ע דְּבָרִים *devarim*, *verba*: Creticus - ע - כּוֹרְמִים *coremim*, *vinitores*: Molossus --- פָּרָשִׁים *paraſcim*, *equites*. Per hos quatuor pedes, & Iambum, quippe voce, vsúque notiores, Hebræorum carmina metiemur.

CAP. II.

De quibusdam versuum appellationibus

Ebræi plerique ad finē vsque carminis binos versus conjungunt, vt in nostris elegiis, vel distichis fieri solet. Priorem versum, qui velut Hexametro respōdet, appellant דלת *daleth*, *ostium*, quod per illud fiat ingressus in carmen. Posteriorem, qui Pentametri loco est, vocant סגור *segor*, id est *claſulam*, quia versum claudit, Vtrumque verò coniunctū nominant בית *baith*, *domum*, nos distichon possumus appellare. Debet auem סגור *segor*, , vel subscribi versui דלת *daleth*, vt in Latinis distichis fieri cerminus: vel si in eadem quoque linea, ob syllabarum paucitatē, scribatur, ita duobus crassioribus punctis distingui, vt per se singula spectari possint hoc modo:

מִרְיָם שִׁוְּלְדָת לָנוּ חֵן : שִׁירְנוּ אוֹתָךְ יְרַנֵּן

Mir

Mirjam ſcievvaladth lanu chen
Scirenu othac ierannen,
Maria, quæ perperiſti nobis gratiam carmẽ noſtrum te laudabit.

2 Denique carmen continens בָּתִּים *battin*, ſiue diſticha pauciora quàm decem, dicitur פָּסוּק *paſuku*, comprehenſio, ambitus, Epigramma. Quod verò decem, vel plura complectitur, vocatur שִׁירָה *ſcira*, vel שִׁיר *ſcir*, canticum, ſiue carmen.

3 Tres aliæ verſuum appellationes in proximo capite explicabuntur.

CAPVT IV.

De Rhythmo verſuum.

HEbræi recentiores ad ſua carmina condienda rhythmum tãquam ſalem adhibere ſolent. Fit autem rhythmus tribus ferè modis.

Rhythmus tribus modis fit.

1 Ac primus quidem modus eſt, quum ſolæ literæ ſimplices, nulla ha-

bita punctorum ratione conueniunt, vt דֶּבֶר דְּבָר *dever, davar, verbum, peſtis*, כּוֹס מַס *cos, mas, tributum, calix.* Porrò hic rhythmus dicitur עוֹבֵר *nghover, tranſiens*, ſeu vulgaris: quòd ita tranſeat aures, vt vix agnoſcatur. Rarò inuenitur, eo quòd nihil ferme artis habere videtur.

2 Secundus modus eſt ornatior, quũ in integra extrema ſyllaba, tum literæ, tum puncta conueniunt, vt בֶּרֶךְ דֶּרֶךְ *berec, derec, genu, via.* Atque hic appellatur רָאוּי *raui, conſpicuus.*

3 Tertius demum eſt ornatiſſimus, quum duæ extremæ, vel plures ſyllabæ literis, aut certè vocalibus ſimiliter cadũt. Atque hic rhythmus propterea vocatur מְשֻׁבַּח *meſciuccat*, id eſt *excellens*, qui Hebræis eſt admodum familiaris.

4 Porrò in his tribus rhythmorũ generibus ex literis, & vocalibus, quæ pronunciantur, aut ſono inter ſe

se sunt affines, vna pro alia non rarò vsurpatur. Ergo hæ syllabæ:

אָה עָה: בָא וָא פָא: צָא זָה:
רָא רָה רִי: רוֹן רוֹן:

rhythmum efficiunt etiam in Canticis Eliæ, qui in hac facultate videtur facilè princeps. Literæ autem affines, similísve soni, sunt hæ:

ס ש: צ ז: ב ק: ב ו פ: ר ט ת: א ה:

Et si quæ sunt aliæ,

CAPVT IV.

De locis Rhythmi.

SEd jam vidēdum est, quibus locis rhythmus adhibeatur. Ac primùm quidē Segor vnius Baith, seu distichi, & Segor alterius eundē rhythmum per totum carmen habent: ita vt Daleth vtriusque Baith ab omni rhythmo liberum sit hoc modo:

Elias in Præfatione Tisbi.

אֲהִיהּ קַל בַּנְשֶׁר וְצִבְי *Daleth*

גַּם עָז כַּנָּמֵר אָזָן לָבִיא	*Segor*
אֲשִׂים פָּנַי כַּחַלָּמִישׁ	*Daleth*
לַעֲשׂוֹת כִּרְצוֹן אֵלִי אָבִי׃	*Segor*

Eie kal canneſcier vtſeui
Gam nghaz cannamer o laui
Aſim panai cachallamiſc
Langhaſoth chirtſon eli aui.

Ero velox ſicut Aquila, & Hinnulus,
Et fortis ſicut Pardus, aut Leo:
Ponam faciem meam ſicut petram:
Ad agendum juxta voluntatem Dei mei, Patris mei.

2 Idem fit in his dimetris Latinis.

Agamus cuncti gratias
Noſtræ ſalutis vindici:
Scelus vitemus peſſimum,
Puri occurramus judici.

Vt enim hîc vindici, & judici, ita ibi אָבִי *avi*, & לָבִיא *laui*, in ſegor rhythmum ſimilem efficiunt.

3 Nihil verò videtur obſtare, quominus etiam daleth vnius diſtichi, ſiue בֵּית *bauh* cum daleth alterius in rhy-

rhythmo finali conuenire possint. Porrò hoc tamen rhythmicum vocatur שִׁיר קָשׁוּר *scir kasciur*, carmen ligatum, quo Elias, & alij, qui Epigrammata scribunt, frequenter vtuntur.

4 Altera rhythmi ratio est adhuc præstantior, quum Daleth, & Segor in quolibet Baiht, siue Disticho eundem rhythmum finalem habent, vt,

אֶשָּׂא לִבִּי גַּם כַּפַּיִם	*Daleth*
אֶל־הַיּוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם	*Segor*
מִכָּל־רָעָה יְצִילֵנוּ	*Daleth*
כִּי יְשֵׁנוֹ תְּסִיר עֲוֹנֵנוּ	*Segor*

Essa libbi gam cappaim,
Elhaijo sciev bascíamaim
Miccol rangha iatsilenu
Chi ieschno tamit nghezrenu.

Extollam cor meum, & manus meas
Ad sedentem in cœlis:
Ex omni malo eruet nos,
Quia ipse est semper auxilium nostrum.

5 Atque hoc carmen κατ' ἐξοχὴν dicitur שִׁיר חֲרוּזִי *scir charuzi*, carmen rhy-

thmicum, in quo vel singula Battim suum rhythmum habere possunt, vt in duobus proximis videre licuit: vel omnes versus, ad extremum vsque carmen, eundem planè rhythmum retinent, atque ita similiter desinunt. Exemplo sit secundum Canticum Eliæ; in quo versus omnes, qui numero sunt octo ac viginti, exeunt in ת. Quidam carmen קְשׁוּר *kascur*, & חֲרוּזִי *charuzi*, paulò aliter explicant. Verùm quæ diximus, ex Eliæ sententia, atque aliorum, Poeticæ Hebraicæ magis videntur accommodata.

7 Tertia rhythmi ratio est, quum duo Battim siue Disticha ita cõstrui possunt, vt vtriusque Segor eundem rhythmum finalem sortiatur, vt fit in carmine kascur: vtrumque verò hemistichium prius cuiusque segor similiter desinant, quæ dicutur tres pausæ. *Elias Cant. 5.*

אַחֲוֶה אֶת־דֹּדִי בְּשֶׁם חָאֵל רוֹעִי
הוּא

וְהוּ יִתֵּן יְשָׁעִי	לְיַשֵּׁר מַעְגְּלִים :
לְכֹבִי אוֹרִיעַ	וְדִקְדּוּק אַבִּיעַ
בְּרֶגֶשׁ אֲצִיעַ	פְּרָשִׁים וּכְלָלִים

Achavve eth denghi beſciem hael rodghi
Vehu intem iſcnghi lejaſſcier manghagalim
Levavi odiangh vedikduk abbiangh
Beragheſc attſiangh peratim uchelalim.

Indicabo ſcientiam meam, in nomine Domini paſcentis me.
Et ipſa dabit auxilium mihi ad dirigendos calles.
Cor meum erudiam, & Grammaticam eructabo,
De raghes proponam propria, & vniuerſa.

8 Simile quidem cernitur in his Latinis,

Quanquam tacet, multis placet,
Rarò jacet vir optimus.
Quicquid loquetur, deſpicietur,
Nec coletur peſſimus.

6 Hujus porrò generis carmen appellatur שִׁיר מְחֻלָּק *ſcir mechullak*, carmen diuiſum.

CAP. V.

De carmine ſimplici, & compoſito.

EX illa priore diuiſione pedū Hebraicorum duplex genus carminis oritur. Nā quod è ſolis תְּנוּעוֹת *tenunghoth*, id eſt ſyllabis longis cōſtat, neque vllum ſceua mobile recipit, vocatur פָּשׁוּט *paſciut* ſimplex. Hujus tantùm vnum genus vſitatum reperitur, quod ſpondæis quatuor conſtat.

Elias Cant. 2.

אָשִׁירָה נָּהּ שִׁיר נִכְבָּדוֹת
בְּאֹר הַטֵּב וּבְלִי חִידוֹת

Aſcirana ſcir nichbadoth
Baer hetevuveli chidoth.

Cantabo iam canticum rerum grauium,
Explicando bene, & ſine ænigmate.

Appellatur etiam carmen quadratum,

tum, eo quòd ex duab⁹ quadratis dimensionibus constet.

2 Quòd autem partim ex תְּנוּעוֹת *tenunghoth*, partim ex יתד *iated*, conflatur, dicitur שִׁיר מוּרְכָּב *scirmurechav*, carmen compositum. De cuius generibus, ac dimensionibus proximo capite agemus.

CAPVT VI.

De duodeuiginti generibus carminis compositi.

PRimum quidem Iambo comstat & spondæis duobus.

קְצָתָם עַתּוּקִים
קְצָתָם נְחֻשָּׁלִים

Ketsatham nghattikim
Ketsatham nechscialim.

Quidam eorum (sunt) fortes,
Quidam eorum infirmi.

2 Secundum Spondæo, Iambo, & Spondæo.

רָפָה כְּהִתְפַּלֵּל

יַרֵּע בְּעֵינֵי אֵל

Raphe behitpallel
Ierangh benghene el.
Remissus in precando
Displicebit in oculis Dei.

3 Tertium Spondæo, Bacchio, & Iambo.

בָּרָא אֱלֹהִים אֱנוֹשׁ
בַּגַּן מְרִימוֹ לָרוֹשׁ

Bara elohim enosc
Baggan merimo laroſc.
Creauit Deus hominem
Inhorto, extollens eum in principem.

In fine Segor, seu clausulæ, mutatur etiam Iambus in Spondæum, vt hîc vides.

4 Quartum constat Cretico, Spondæo & Iambo.

טוֹב יְהוֹשִׁיעַ שְׁלַח לִי
חִנְּךָ קָדוֹשׁ בְּלִבִּי

Toviehoſciuang ſcielach li
Chinnecha kadoſc belibbi,
Bone Iesu mitte mihi

Gra-

Gratiam tuam sanctam in cor meum.

5 Quintum Spondæo, & duobus Bacchiis.

יָבֵשׁ בְּקִרְאִי גָרוֹנִי
דָּבַק לְחִכִּי לְשׁוֹנִי

Iauesc bekorei gheroni
Davek lechicchi lescioni.

Aruit in clamore meo guttur meum:
Adhæsit faucibus meis lingua mea.

6 Sextum Spondæo, Iambo, & duobus Spondæis.

קוּמָה אֱלֹהִים עֶזְרָתָה
לִי וְעָנֵה בַּצָּרָתָה

Kuma elohim nghezratha
Li vanghane battsaratha
Surge Deus in auxilium
Mihi, & exaudi in tribulatione.

7 Septimum Iambo, Spondæo, Iambo, Spodæo.

אֲשֶׁר יֵלֵךְ בְּדֶרֶךְ רַע
אֲבָל קוֹל צוֹרְרָיו יִשְׁמַע׃

Ascier jelec bederec rangh
Aval kol tsorarau iscmangh.

Qui ambulat in via mala.

Sanè vocem hostium (dæmonum) suorum audiet.

8 Octauum Iambo, duobus Spondæis, & Bacchio.

מְהֻלָּל לָעוֹלָם אֱלֹהִים
אֲשֶׁר עָשָׂה עִמִּי חֲסָדִים׃

Mehullal langholam elohim
Aſcier nghaſa nghimmi chaſadim.

Laudandus in æternum Dominus,
Qui fecit mecum misericordias.

6 Nouum quatuor Creticis.

כֹּל אֲשֶׁר מַעֲשֵׂי גְדֻלָּתְךָ יָדְעוּ
בֶּאֱמֶת וְחֶמְדַּת טוּבְךָ שִׁבְּחוּ׃

Col aſcier manghaſe gudlecha iadenghu
Beemeth vachamud tuvecha ſcivchu.

Omnes, qui opera magnitudinis tuæ intellexerunt,
In veritate, & desiderio bonitatem tuam prædicauerunt.

10 Decimum Iambo, duobus Spondæis,

dæis, Iambo, & Spondæo, tametsi primo loco Spondæus, secundo etiam Iambus esse potest.

בְּשֵׁם אֵל חַי חָנִיּוֹן לְשׁוֹנֵנוּ
בְּעוֹד רוּחַ הַיִּים בְּאַפֵּנוּ׃

Beschiem el chai hegjon leschionenu
Benghod ruach chajim beappenu.
In nomine Dei viui sermo linguæ nostræ
Quandiu spiritus vitæ in naribus nostris.

11 Vndecimum Spondæo, Iambo, Spondæo, Iambo, & Molosso, vel Spondæo.

עֵת שַׁעֲרֵי רָצוֹן לְהִפָּתֵחַ
הַיּוֹם אֶהְיֶה בַּפַּי לְאֵל שׁוֹטֵחַ׃

Ngheth schianghare ratson lehippatheach
Hajjom ehi cappai leel schioteach:
Tempus (est vt) portæ bonæ voluntatis aperiantur,
Hodie ero manus meas ad Deum expansurus.

12 Duodecimum Iambo, vel Spondæo, Spondæo, vel Iambo, Iambo,

Spondæo, Bacchio.

רְאוּ סֵפֶר בְּהוֹד שְׂפֶר וְיָפְיוֹ
פְּנֵי רַעְיוֹ מְבִישׁ הוּ וּמַלְבִּין׃

Reu sepher behod sciepher vejophjo
Pene renghav mevajjesc hu umalbin

Intuemini librum in magnificentia, decore, & pulchritudine eius,
Facies suorum sociorum confundit, & pallidas reddit.

Elias in radicibus Kimchi. Sed abest rhythmus.

13 Tertium decimum binis Spondæis, & Iambis alternis, & Iambo.

כְּפָא אֲבִי קָהָל וְשַׂר עֲלִיזֵן
מִכֹּל שְׁלִיחִים עַם עֲזֹר אֲבִיזֵן׃

Chepha aui kahal vesar ngheljon
Miccol scielichim ngham nghazor evjon.

Petre pater Ecclesiæ, ac Princeps excelse
Præ omnibus Apostolis, populum iuua pauperem.

14 Quartum decimum constat ex quinque Bacchiis.

לְדַבֵּר תְּהִלּוֹת לְמִרְיָם לְכוּ כֹל מְשִׁיחִים
וְהִיא יָלְדָה־אֱלֹהִים בְּתֻמּוֹת בְּתוּלִים:

Ledabber tehilloth lemirjam lecu col meſcichim
Vehi ialeda elohim bethummoth betulim.

Ad dicendum laudes Mariæ venite omnes Chriſtiani,
Quia ipſa peperit Deum in integritate virginitatis.

15 Quintumdecimum componitur ex primo: cujus idcirco metrum tantùm duplicatur.

— | — | —υ | — | — | —υ

Huius generis duo diſticha allata ſunt ſuprà extremo capite quinto, nu. 7. ex Eliæ cantico quarto pro carmine מְחֻלָּק *mechullak* ſiue diuiſo: cuius initium אַחֲוֶה *achauve*, indicabo, &c. quæ eſt tertia rhythmi ratio.

16 Sextum decimum ternis Spondæis, & Iambis alternis conſtat: hoc eſt Spondæo Iambo, Spondæo Iam-

bo, Spondæo Iambo.

לִי תַּעְזֹר אֵלִי וְיָדִי יַחֲזִיק
הִנֵּה בְּלִי עֶזְרָתְךָ אִיגַע לָרִיק׃

Li tanghazor eli vejadi iachazik
Hinne beli nghezrathecha igangh lerik.

Me juua Deus meus, & manum meam confirma,
Ecce sino opę tua laboro inaniter.

17 Septimum decimum Bacchio, Iambo, Spondæo, Bacchio, Iambo, Spondæo.

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה וְאִם־לוֹא רְאִיתִיךָ
וְאוּלָם בְּרֹב טוּבְךָ כֹּל־עֵת חִסִּיתִיךָ׃

Emeth el emeth atta veim lo reithicha
Veulà berov tuvach bechol ngheth chasithicha.

Veritas es tu Deus, veritas (inquam) quòd si non te vidi,
Tamen in multitudine bonitatis tuæ semper sperani in te.

18 Duodeuigesimum, & postremum

mum conflatur è Spondæo, Iambo, duobus Spondæis, Iambo, vel Bacchio, & Spondæo.

אֶת־רוּחַךְ קָדְשְׁךָ אַנָּא שְׁלַח בָּנוּ
כִּי־הוּא יְשַׂמֵּחַ בְּרֹב בְּאֱמֶת לִבֵּנוּ

Eth ruchacha kadoſc ana ſcielach banu
Chi hu jeſammach badad beemeth libbenu.

Spiritum ſanctũ tuum (Deus) obſecro mitte in nos,
Quia ipſe exhilarat duntaxat verè cor noſtrum.

Admonitio.

1 *Hæc ferè ſunt carminum genera, quæ ab inſignibus auctoribus vel vſurpata ſũt, vel ad vſum ſcribendi propoſita. In quibus ſi ſe Hebraicæ linguæ ſtudioſus exercere velit, præſtat à quadrato, ſiue ſimplici, omniúmque facillimo initium facere, atque inde ad vnum, ſéu plura ex compoſitis progredi, quæ cuiuſque ingenio maximè accommodata videbuntur.*

2 *Sunt qui velint cuiuis liberum esse noua, & à superioribus diuersa carminũ genera sibi excogitare. Verùm quum tot, ac tam varia sint nobis iam à viris peritissimis huius linguæ proposita, tutius erit horum se imitatorem profiteri, quàm esse nouæ, ac fortasse temerariæ artis auctorem.*

CAP. VI.

De figuris versuum Hebraicorum.

HAbent & Hebræorũ versus suas figuras: quarum nomina, & proprietas ex Latina prosodia iam nota esse omnibus debent.

1. *Synæresis.*

1 Reperitur hæc figura potissimùm in sceua simplici mobili, atque in vtroque composito, cateph patach, & cateph segol. De quibus hæ duæ regulæ præponuntur.

2 Prima, Sceua simplex sub litera initiali, sub dagheſſata, & post pun-

ctum longum, frequenter cum sequente puncto coalescit, & cum eo vnam syllabam efficit, vt ex his tribus quatratis Eliæ versibus (Cant. 2.) intelliges.

בִּמְקוֹם שׁוּרֵק שְׁלוֹשׁ נְקֻדּוֹת

Bimkon sciurek scialosc nekuddoth.

In loco sciurek tria puncta, id est kibbuts.

Hîc vox נְקֻדּוֹת *nekuddoth* habens sceua initiale, spondæum efficit, ac si scriptum esset נְקֻדּוֹת *nukdoth* dissyllabum.

וְאֲבָאֵר עֶשֶׂר הַנְּקֻדּוֹת

Vaavaer nghesser hannekuddoth.

Et explicabo decem puncta.

Vox הַנְּקֻדּוֹת hannekuddot habens sceua daghessatum, trisyllaba est, quasi הַנְקֻדּוֹת De trisyllaba vide sequentem regulam.

רַק אִם־בַּטַּעַם הֵן עוֹמְדוֹת

Rak im battangham hen nghomedoth.

Nisi quando cum accentu consistunt, id est

vocales.

Vox עִמְרוֹת *nghomedoth* habens sceua post longam vocalem, spondæum efficit, ac si esset עָמְרוֹת.

3 Secunda, Vtrumque sceua compositum, cateph patach, & cateph segol, eodem modo, quo simplex, cum sequente puncto coalescit, & in vnam syllabam contrahitur. Vtriusq; exemplum habes in hoc versu quadrato Eliæ. Cant. 2.

רְפוֹת אַחֲרַי הֵן בְּאַגְרוֹת

Raphot achare hen neeghadoth.

Raphatæ tum congregantur.

Hîc vox אַחֲרַי disyllaba est, quasi אַחְרַי *achre*, & בְּאַגְרוֹת trisyllaba, quasi בְּאַגְרוֹת *negadoth*. Huc etiam spectat vocabulum וַאֲבָאר paulò ante in exemplo propositum. Est enim ex hac regula trisyllabum, perinde ac si scriberetur וַאְבָאר *vabaer*.

2. *Diæresis.*

1. Sceua quiescens post punctum bre

bereue, nonnunquam metri necessitate fit mobile, ita vt à suo puncto, & litera præcedente, cum qua in vna syllaba cohærebat, penitus distrahatur, vt בְּלֹם כְּאַחַד נַחְלְקוּ וַיְ־הִי

Cullam cheechad nichlekú vaji heju *Omnes sicut vnus diuiduntur, & erunt, &c.* Hîc וַיְ־הִי fit quadrisyllabum pro וַיְהִי *vajeju*, trisyllabo. Est enim carmen generis xvj.

3 *Ectasis, siue Diastole.*

ו initiale positum pro וְ copulatiuo, per hanc figuram (siue sequatur sceuata litera, siue non) producitur, vt Cant. 2. quadrato Eliæ.

בְּאֵר הַשֵּׁב וּבְלִי חִידוֹת

Baer hatévuveli chidoth.

Explicare bene, & sine ænigmate.

Et ibidem, וּמְרֻגָּשׁ הֵן נִפְרָדוֹת

Vmiddaghesc hen niphradoth.

Et à daghes separantur.

In priore versu וּבְלִי, & in posteriore וּמְרֻגָּשׁ producit ו initale, quod

alioquin breuem syllabam facere solet, vt diximus suprà cap. 1. nu. 1 hujus partis.

2 Sceua simplex mobile produci videtur in voce בְּיוֹד Cant. 7. Eliæ, disticho 9. quod est decimi generis carmen.

וְכַאֲשֶׁר בְּיוֹד יִהְיֶה חִירֶק

Vechaascier bejod jije chirek.

Et quando in Iod fuerit chiric.

Nisi malis elidi Iod, & patach sceuà produci, quod minus probabile videtur.

4. Tmesis duplex.

Prior.

1 Hebræi suos versus non semper continenti, & omnino cohærenti syllabarum serie scribũt, more Latinorum: sed singulos pro pedum multitudine, modò in duas, modò in tres, modò in quatuor regiones, seu spatia diuidunt, salua tamen eadem prorsus integritate, & ratione metri-

ca-

ca. Atque harum regionum initium plerumque facit יִתֵּר siue Iambus, qui partes versus aliquo interuallo distinguit, vt Elias Cant. 1.

אֶשָּׂה לְבָבִי נָא אֶלִי כַּפַּיִם
אֶל־אֵל אֲשֶׁר חִסְדּוֹ בַּהַשָּׁמַיִם

Essa levavi na ele cappaim
El el ascier chasdo, behasciamaim.
Leuabo cor meum nunc ad manus
Ad Deum cuius misericordia in cælis.

Nota ה demonstratiuum post ב in voce vltima.

2 Quòd si יִתֵּר hîc incidat in mediam dictionem, distrahitur illa per Tmesin interposito signo, conjunctionis instar maccaph, & quicquid est ante illud יִתֵּר cum antecedentibus connectitur: ita vt יִתֵּר sit initium nouæ regionis, vt in his tribus exemplis videbis Eliæ, Cant. 7.

שָׂבָא זֶה יֹצֵא מִ־בְּלָל הִנֵּה

Scieva ze ietse mi velal hinne.
Scena transgreditur regulam hanc ecce.

יְקַדְּמוּהוּ חֲמִשָּׁה הַגְּדוֹלִים

Iekadmuhu chamiſcia hagghedolim

Precedent ipſum quinque magna.

לִי יַעְזֹר בַּיּוֹם וְיָדִי יְחַזֵּק

Li janghazor caijō veiadi ia chazik.

Mihi auxiliabitur juxta diem, & manum meam roborabit.

3 Idem fit in carmine quadrato ob ſolam verſus aliquam diſtinctionē, etiam ſi illud Iambum non habeat, vt Cant. 2.

אוֹתוֹ מְנִיעוֹתָיו וּמְנַדּוֹתָיו

Otho meni nghoth vmenaddoth.

Ipſum mobile reddunt, atque commonent.

Prior hæc Tmeſis ad vnam ſcriptionis elegantiam videtur pertinere.

Poſterior Tmeſis.

4 Integra dictio interdum ita diſtrahitur, vt prior illius pars præcedentem verſum finiat, poſterior verò ſequentem inchoet, vt Cant. 1. Eliæ, diſticho 4.

הֲלוֹךְ

הלוך ודין נקוד ואותיות ומשׂ־
פטם לאור אוציא כצהרים

Hilluc vedin nikkud veothijoth v-
misc-
patam leor otsi chetsaharaim.

Vsam, & ius punctationis, & notarum Et iudicium eorum in lucem proferam, vt meridiem.

5 Sic apud eundem Cant. 4. distichō 6. distrahitur in duobus versibus hæc vox וְשׂ־לֹם & felicitas.

6 Verùm hæc posterior Tmesis minus frequens est in carmine: in oratione autem soluta locum non habet, etiamsi apud Latinos, Græcósque nusquam nō obuia sit. Hebræi enim, quando vnus versus, vel, vt appellant, linæa orationis solutæ vocabulum integrum ob spatij angustiā capere nō potest, relicta ibi vna, vel pluribus eius literis tanquam obsidibus, totum in proximè sequenti versu seponunt, hoc modo:

S קמץ

קָמֶץ הַגָּדוֹל נִקְרָא כִּי הָאָדָם יִקְמֹץ
פִּיהוּ בְּמִבְטָאוֹ וְהוּא מוּרְכָּא מֵהַפַּתָּח
וְהַחוֹלֶם תַּחַת הָאוֹת כְּמוֹ ז ו ח

Kamets haggadol nikra chi haadam jkmats
Pihu bammivtato vehu murcav mehappathach
Vehacholem tachath haoth chemo va za cha.

Kamets magnum vocatur, quia homo colligit os ſuum in prolatione ipſius. Eſt autem compoſitum ex patach, & cholem, ſub litera, ח:ו:ז,*a,cha.*

Adnotatio

Si ſyllabæ, hac poſteriore Tmeſi reſecandæ, habent daghes forte, non fit diſtractio: ſed integra dictione ibi relicta (eo quòd daghes forte ⌣ initio ſequentis verſus proferri non poſſit) ille prior uerſus ſit hypermeter, ſyllabam habens ſuperuacaneam: quæ tamen referenda ſit ad initium ſequentis verſus, cuius, iccirco prima ſyllaba deſideratur,

יִשְׂמַח וְשָׂשׂ כְּגִבּוֹר
עֵת שְׁלוֹף חַרְבּוֹ

Ismach vejaciſc chegibbor
Ngheth ſcieloph charbo.
Gaudebit, & exultabit ſicut Gigas
Tempore educendi gladium ſuum.

9 In hoc diſticho, quum daleth ſit tertij generis, ſupereſt ſyllaba בוֹר addenda ſequenti ſegor: cui vna deeſt ſyllaba, quum ſit ſecundi generis. Eiuſmodi tamen hypermetri verſus cognoſcendi ſunt ſtudioſis potiùs, quàm imitandi.

CAP. VI.

De coniunctione verſuum diuerſi generis, & de cæſura.

ETſi in carminibus Hebræorũ plerumq; ad finem vſque, tùm daleth, tùm ſegor; atque adeò omnes verſus eiuſdem ſunt generis; vt Latinorum, & Græcorum hexametri, tamen licèt etiam

interdum duo versuum genera vno disticho בֵּית *baith* ita coniugere, vt Daleth suum genus habeat propriũ, & Segor similiter suum, more elegiarum: in quibus prior versus est hexameter, posterior verò pentameter.

2 Ergo si Daleth, & Segor vnius sint generis, carmen dicetur Monocolon: sin duorum, Dicolon. Trium verô vel plurium generum versus vix coniungi solent propter rhythmum.

Exemplum distichi Monocoli.

Elias Cant. 8.

חֲזַק וְאֱמַץ בְּנִי וּלְמוֹד זְמִיר זֶה
מְפָרֵשׁ דִּין מִשְׁרֶת לְ־מְלָכִים

Chazek veemats beni vlmod zemir ze
Mepareſc din meſciareth li melachim.

Confortare, & esto robustus fili mi, & disce canticum hoc,
Quod exponit iudicium ministrans (ministrantium) regibus.

Hîc

Hîc tùm Daleth, tùm Segor sunt carmina secundi generis.

Exemplum Distichi Dicoli.

Elias Cant.3.

עוֹד יֵשׁ נִקְרָה וּמְשֻׁרֶת לְכֻלָּם הֵן עוֹד
אֲשׁוֹרֵר בָּהּ שִׁירוֹת נְעִמוֹת

Nghod jesc nekudda vmesciareth lechullam hen nghod.
Asciorer ba sciroth nenghamoth.

Est quoque punctum, quod omnibus seruit
Et adhuc canam in ea cantica plura.

Hîc Daleth est generis duo deuigesimi: Segor verò octaui.

3 Cæsuræ nulla, vel certè perexigua, habetur ratio, quum sæpe singulis pedibus singula vocabula tribuãtur, præsertim quæ à sceua mobili inchoantur. His enim tanquam incisis, ac membris Hebræi distingui versus elegantes existimant. Quare, si adsit cæsura, vsurpanda, si absit, haud laboriosè quærenda.

FINIS.

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIV.

Secundùm Hebræos XXXIV.

***

AVCTORE

R. P. Roberto Bellarmino Societatis Iesu, iam S. R. E. Cardinali.

Numeri, qui in hac Exercitatione passim citantur, nostræ Grammaticæ respondent: quorum primus partem, secundus caput, tertius particulam, seu paragraphum capitis indicat.

Psal-

Psalmus Alphabeticus trigesimustertius, secundùm Hebræos trigesimusquartus.

***

מִזְמוֹר לְ
לְדָוִד בְּשַׁנּוֹתוֹ אֶת־טַעְמוֹ לִפְנֵי אֲבִימֶלֶךְ
וַיְגָרְשֵׁהוּ וַיֵּלַךְ׃

א

בָּרְכָה אֶת־יְהוָה
בְּכָל־עֵת תָּמִיד
תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃
בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי יִשְׁמְעוּ
עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ׃ גַּדְּלוּ לַיהוָה
אִתִּי וּנְרוֹמְמָה שְׁמוֹ יַחְדָּו׃
דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־
מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי׃ הִבִּיטוּ אֵלָיו

וְנֶחֱרוּ וּפָנֶיהָ אַל יַחְפְּרוּ׃
זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל
צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ׃ חֹנֶה מַלְאַךְ
יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו וַיְחַלְּצֵם׃
טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי
הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה בּוֹ׃ יְרָאוּ אֶת יְהוָה
קְדוֹשָׁיו כִּי אֵין מַחְסוֹר לִירֵאָיו׃
כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדוֹרְשֵׁי יְהוָה
לֹא יַחְסְרוּ כָל טוֹב׃ לְכוּ בָנִים
שִׁמְעוּ לִי יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃
מִי הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים
לִרְאוֹת טוֹב׃ נְצֹר לְשׁוֹנְךָ
מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ מִדַּבֵּר מִרְמָה׃
סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם
וְרָדְפֵהוּ׃ עֵינֵי יְהוָה אֶל צַדִּיקִים

יאן

וְאָזְנָיו אֶל־שַׁוְעָתָם׃
פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית
מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃ צָעֲקוּ וַיהוָה
שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם הִצִּילָם׃
קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת
דַּכְאֵי־רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃ רַבּוֹת רָעוֹת
צַדִּיק וּמִכֻּלָּם יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃
שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה
לֹא נִשְׁבָּרָה׃ תְּמוֹתֵת רָשָׁע
רָעָה וְשׂוֹנְאֵי צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ׃
פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא
יֶאְשְׁמוּ כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ׃

EXERCITATIO GRAMMATICA IN PSALMVM XXXIII.

Secundùm

Hebræos trigesimumquartum,

א

semper	tempore omni in	Dominum	Benedicam
תָּמִיד	בְּכָל־עֵת	אֶת־יְהוָה	אֲבָרְכָה
tamid	*ngeb-chol-be* in ore meo	*Adonai eth* Jaus eius	*Auarecha.*
	בְּפִי׃	תְּהִלָּתוֹ	
	vephi.	*tehillatho*	

אֲבָרְכָה] *Benedicam.* Est prima persona singularis futuri à verbo בָּרַךְ in coniugatione Piel. Itaque prima litera א est formatiua primæ personæ futuri, vide in Grammatica, parte 3. cap. 2. nu. 8. Deberet autem hæc litera habere sub se sceua simplex, id enim requirit coniugatio Piel: tamen habet sceua compositum, quia literæ gut-

tu-

turales, qualis est א, non patiuntur sub se initio dictionis sceua simplex. vide par. 1. cap. 2. num. 2. Secunda litera ב est prima radicalis, & habet sub se camets, non patach, vt coniugatio Piel requireret, quia sequens litera deberet habere daghes forte, quod est signum coniugatinis Piel, cuius tamen non est capax, & propterea suppletur per longam vocalem præcedentem. vide par. 3. capit. 2. coniug. 3. num. 3. Linea quæ sepuitur post camets, est accentus rhetoricus, qui dicitur Metheg, cuius officium est retinere syllabam, sine quo illud camets non esset camets, sed camets chatuph vide par. 1. capit. 2. num. 2: & par. 1. cap. 6. num. 1. Tertia litera, quæ est ר, est secunda radicalis, & deberet habere sub se punctum tsere, sed habet sceua mobile propter ה superadditum in fine, de quo mox dicemus. Quarta litera, quæ est ב, est vl-

tima

tima radicalis, & habet sub se camets propter sequẽtem literam, nam alioqui sceua quiescens habere deberet hoc modo, אֱבְרָךְ. Vltima literaest paragogica, ornatus gratia superaddita. vide par.3 cap.7.nu.2.

אֶת] Est atticulus accusatiui casus, par.2.cap.2. Linea sequens, est accentus rhetoricus, qui dicitur Maccaph, coniungit vnam dictionem cum altera, vide p.1.cap.6. nu. 1.& præterea puncta longa mutat in breuia, vt hoc loco אֵת (sic enim scribitur sine Maccaph) mutat in אֶת. vide par.2.capit.5. num.2.

יְהוָה] Nomen est proprium Dei, cuius radix est הָיָה, quod verbum significat, fuit. Itaque prima litera, quæ est jod, est formatiua nominis proprij, vide par. 2.capit. 2.ap. Reliquæ tres literæ radicem ipsam exprimũt, nisi quòd loco jod, quæ esse debuit secunda radicalis, ponitur vau. Sunt enim

enim hæ literæ permutabiles. Sanè pronũtiatio huius nominis vera, atque germana ignota est : & idcirco qui primi puncta vocalia repererunt, quum huius vocabuli sonum proprium ignorarent, puncta ei aliena, id est, nominis אֲדוֹנָי subiecerunt, nimirum vbi hoc nomen יְהוָה inueniremus, per aliud nomen Dei, sonum eius efferremus. Neque nos mouere debet, quòd in voce אֲדוֹנָי primum punctum est sceua compositum : in voce autem יְהוָה sceua simplex. Id enim ex eo accidit, quòd nec א initio dictionis sceua simplex ferre possit, quum sit gutturalis litera, nec jod sceua compositum sub se vnquam habere soleat. Quod verò alioqui puncta nominis יְהוָה sint ipsa puncta nominis אֲדוֹנָי, & Adonai legendum sit, non Iehoua, quum occurrit nomen Dei יְהוָה, quatuor rationibus ostendi potest. Primùm quidem quia vbicunque

cumque simul occurrunt hæc duo nomina, ne cogamur bis dicere Adonai, ipsi nomini יְהוָה puncta subjiciuntur nominis אֱלֹהִים, vt initio Abdiæ Prophetæ, כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה; & in fine Habacuc, יְהוִה אֲדֹנָי חֵילִי. Deinde, quia si præcedat hoc nomen litera seruilis ב, vel כ, vel ל, aut ו, non scribitur, לַיהוָה, וַיהוָה, בַּיהוָה, כַּיהוָה; vt secundum regulas scribendum esset, si Iehoua pronuntiaremus, sed בַּיהוָה כַּיהוָה לַיהוָה, וַיהוָה, vt nomen ipsum Adonai requirit. vide par. 4. c. 2. num. 10. Tum quia post יְהוָה literæ בגד כפת recipiunt daghes lene, vt in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc non posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidem vltima litera vocis Iehoua est ה quiescens, vltima verò vocis Adonai est י mobile. Literæ autem illæ בגד כפת initio dictionis semper habent daghes lene, nisi præcedat litera quiescens. vide

de par.1, cap.4, p.Cur denique Prouerb.16. scribitur מְיהוָה? dixi quia in pronunciatione huius vocis, post מ sequitur א, quæ litera non est capax daghes, & ideo verti debet chiric in tsere sub litera mem. vide par.4, capi. 2, numer.7, & 9. Neque verò Rabbini punctorum inuentores primi sunt, qui nomen Dei יְהוָה per אֲדֹנָי efferre cœperunt. Siquidem S. Hieronymus, istis Rabbinis antiquior, Exod.cap.6. ver.3, ita vertit illa Hebraica verba, וְשִׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם: *& nomen meum Adonai nō indicaui eis*. Origenes quoque, B. Hieronymo vetustior, in tetraplis atq; hexaplis suis in ea columna, in qua voces Hebraicas Græcis literis descripsit, vbique pro יְהוָה ἀδοναΐ posuisse fertur. Ipsi etiam LXX. vetustissimi interpretes semper nomē יהוה per κύριος reddiderunt, quod Latinè Dominus, Hebraicè אֲדֹנָי dicitur, &, quod est omnium maximum, Christus,

Rabbini punctorū inuentores.

ſtus, & Apoſtoli, quum ſæpe ex teſtamento veteri proferant teſtimonia, in quibus hoc nomen continetur, nunquam tamen Iehoua dixerunt, ſed ſemper Dominus: quum tamen alia nomina propria ſuis vocibus expreſſerint, vt Adam, Noe, Abraham, Euam, Saram, Mariam. Denique apud veteres omnes inauditum fuit ſemper nomen Iehoua: & licet aliqui nomen יהוה per Iaho, vt Clemens Alex. lib. 5. Strom. Macrob. lib. 2. Saturnal. capit. 18. & Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ: aliqui per Iaue, aut Iah, vt Theodoretus q. 15. in Exodum, exprimi poſſe crediderunt, plures tamen hoc nomen τετραγράμματον, & ἄῤῥητον, atque ἀνεκφώνητον vocarunt. Vide Origen. homil. 14. in lib. Numer. Euſeb. l. 11. de præpar. Euan. cap. 8. Greg. Nazianz. oratione 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exo. Hieron. epiſt. 136. ad Marcellam, &

Nomen Iehoua apud veteres inauditum.

in

in cap. 16. Ezech. Non displicet tamen eorum coniectura, qui nomen hoc nihil aliud esse credunt, nisi tertiam personam futuri verbi substantiui, & hunc in modum scribi, & efferi debere, יִהְיֶה *jihje*, quod significat, erit, siue erat, siue fuerat, quod propriè Deo soli conuenire docemur Exodi 3.

כֻּלָּ) *omni.* Litera כּ, cum sceua mobili deseruit loco præpositionis in. vide par. 4. cap. 2. nu. 2. Vox autem כֹּל- est nomen in declinabile, significátque omne, totum, vniuersum, in quolibet genere, numero, & casu. Deriuatur per detractionem vnius literę à verbo כָּלַל, quod significat, perfecit. vide par. 2. ca. 2. ap. Per detractionem, &c. & siquidem non sequatur accentus maccaph, scribitur per cholem, si verò sequatur, vt hoc loco, scribitur per camets chatuph, כָּל־ vide par. 2. 2. 2. nu. 5.

עֵת) *tempore.* Nomen est deriuatiuum formatum per detractionem à radice עָוַת, quod est: inuertit, quia tempus videlicet omnia mutat, & inuertit. Sed fortasse veriùs diceremus radicem eius esse עָתַת, quod verbum non est ampliùs in vsu. Nam in plurali עֵת facit עִתִּים, vbi punctum daghes indicat defectum alterius tau radicalis, vide part. 2. ca. 5. num. 5. Porrò furcula inuersa, quæ subiecta est huic voci עֵת, est accentus distinguens mediam periodum, dicitúrque athnach. vide par. 1. ca. 6. num. 2. Secundus est, &c.

תָּמִיד) *semper.* Aduerbium temporis est, significátque quotidie, semper, iugiter. vide par. 4. c. 1. nu. 3. Est etiam nomen significans quotiadianum, continuum, iuge.

תְּהִלָּתוֹ *laus eius.* Nomen est fœminininum cum pronomine affixo tertiæ personæ. Radix est הָלַל laudauit, inde

inde fit nomen תְּהִלָּה, laus, vbi tau est litera formatiua nominis. vide par. 2. ca. 2. ap. & par. 4. ca. 2. numer. 5 Litera ה, & ל sunt prima, & tertia radicalis: secunda radicalis deest, sed loco eius est daghes forte in tertia. Postrema litera he cum præcedente camets, est signum generis fœminini. vide par. 2. c. 1. nu. 3. Fœminina, &c. in regimine genitiui vertitur he in tau, & pro תְּהִלָּה dicitur תְּהִלַּת. vide par. 2. ca. 1. nu. vltim. At in nominibus, &c. Addito autem pronomine affixo, reddit camets, & fit תְּהִלָּתוֹ laus eius. vide par. 2. ca. 4. & 5.

בְּפִי) *in ore meo.* Litera בְּ est præpositio, in, vt suprà diximus, & caret daghes leni propter præcedentem literam quiescentem. Vox autem פִּי est nomen cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est פֶּה, os, actum in regimine simplici, tũ cum affixo primæ personæ facit פִּי, in plurali פִּים,

ora. vide par. 2. cap. 5. n. 9. Sicut etiam duo, &c. linea subiecta huic voci פַּז, est accentus distinguens integram periodum, dicitúrq; soph pasuck. vide par. 1. cap. 6. nu. 3. Primus dicitur, &c.

ב

VERSVS II.

audient	mea anima:	laudabitur	In Domino
יִשְׁמְעוּ	נַפְשִׁי	תִּתְהַלֵּל	בַּיהוָה
iscmenghu	*naphsci*	*tithhallel*	*Badonai*
lætabuntur. &		manſueti	
וְיִשְׂמְחוּ׃		עֲנָוִים	
vejiſmahu		*nghanavim*	

בַּיהוָה) *In Domino.* Litera ב seruit loco præpositionis, in: יהוה est nomen Dei, de quo suprà diximus.

תִּתְהַלֵּל) *laudabitur.* Est tertia persona futuri, generis fœminini, verbi הָלַל in coniugatione Hithpael. vide par. 3. c. 2. Quia verò verba in coniugatione Hitphal significant actionem in seipsum, ideo תִּתְהַלֵּל significat laudabitur anima à se ipsa, sed in Do-

Domino, non in seipsa, id est laudando Dominum, seipsam quodammodo laudabit, quum laus Domini in seruos etiam redundet. Nisi magis placeat hîc laudari accipi pro lætari, & gloriari.

נַפְשִׁי) *anima mea.* Nomen est fœmininũ cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est ipsum nomen נֶפֶשׁ, anima, & cum affixo נַפְשִׁי, anima mea. De ista punctorum mutatione vide par. 2. cap. 5.

יִשְׁמְעוּ) *audient.* Tertia persona est futuri, numeri multitudinis, verbi שָׁמַע in coniugatione Kal: sicut enim לָמַד fit יִלְמְדוּ, ita à שָׁמַע audiuit, fit יִשְׁמְעוּ audient, vide pa. 3. cap. 2. Quia tamen Hebræi carent Imperatiuo tertiæ personæ, & pro eo vsurpant futurum, idcirco noster interpres rectè vertit, audiant.

עֲנָוִים) *mansueti.* Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix

est עָנָה, quod verbum significat, respondit, humilis, pauper, mitis fuit. Inde fit nomen עָנִי, mitis, mansuetus, humilis, vbi י est loco ה vltimæ radicalis, in plurali עֲנִיִּים, sicut à דָּבָר, fit דְּבָרִים, nisi quòd sub prima litera vocis עֲנִיִּים est sceua compositum, quia nghain est litera gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulari, vide par. 2. ca. 1. nu. 1.

וְיִשְׂמְחוּ *) & lætentur.* Litera ו est seruilis, significátque hoc loco, &. vide par. 4. ca. 2. n. 10. Quartò est nota, &c. Vox autem יִשְׂמְחוּ est tertia persona pluralis futuri, verbi שָׂמַח, in coniugatione Kal. Debuit autem secundùm regulam scribi יִשְׂמְעוּ sicut יִשְׂמְעוּ tamen propter accentum soph pasuch, qui indicat finem periodi mutatum est sceua secundæ radicalis in camets. Hoc etiam loco pro futuro, lætabuntur, rectè vertit Interpres per modum imperandi, lætentur, quòd ca-

careant Hebræi tertia persona imperatiui.

ב

VERSVS III.

exaltemus &	mecum:	Dominum	Magnificatè
וּנְרוֹמְמָה	אִתִּי	לַיהוָה	גַּדְּלוּ
vnromema	*itti*	*Ladonai*	*Gaddelu*
pariter.		eius nomen	
יַחְדָּו׃		שְׁמוֹ	
iachdau.		*sciemo.*	

גַּדְּלוּ) *Magnificate.* Est secunda persona numeri multitudinis, modi imperatiui, verbi גָּדַל, in coniugatione Piel. Itaque גָּדַל, significat, magnus fuit, in Piel גִּדֵּל, magnificauit, in imperatiuo גַּדְּלוּ, magnificate, sicut לַמְּדוּ. vide par. 3. ca. 2. coniug. 3.

לַיהוָה) *Dominum.* Litera ל est seruilis, deseruítque hoc loco pro articulo accusatiui casus, vel potiùs verbum גָּדַל datiuo iungitur. vide par. 2. ca. 1. De יהוה dictum est.

אִתִּי) *mecum* Præpositio est cum affixo pronomine primæ personæ.

Nam אֵת est præpositio cum. vide par. 4. cap. 1. num. 22. & recipit affixa more nominum. vide par. 4. cap. 1. nu. 23.

וּנְרוֹמְמָה] *& exaltemus.* Litera ו seruilis est, significans, &. Habet autem punctum in ventre loco sceua, propter aliud sceua sequens. vide par. 4. cap. 2. num. 11. Vox נְרוֹמְמָה est prima persona pluralis futuri in Piel, à verbo רום, cum superaddito ה paragogico. Radix ergo est רום, quod est verbum ex quiescentibus nghain vau, & significat exaltauit. In Piel, siue Poel facit רוֹמֵם exaltauit, in futuro אֲרוֹמֵם יְרוֹמֵם תְּרוֹמֵם נְרוֹמֵם: addito autem ה paragogico fit נְרוֹמְמָה, exaltabimus, vel exsaltemus, de more Hebræorum qui per futurum exprimunt etiam imperatiuum.

שְׁמוֹ] *nomen eius.* Nomen cum affixo tertiæ personæ. Radix est שֵׁם, & cum affixo שְׁמוֹ, nomen eius. vide

par.

par 2.cap.3.num.10.

יחדו] *pariter.* Aduerbium à radice יחד, quod verbum significat coniungere. Inde enim fit aduerbium יחד, & יחדו, pariter, simul. vide par. 4.cap.1. num.19.

ד

VERSVS IV.

omnibus ex &	me audiuit &:	Dominum	Quæsiui
ומכל־	ויענני	את־יהוה	דרשתי
umiccol	*venghanani*	*Adonai eth*	*Darashthi*
me.liberauit		meis pauoribus	
	הצילני:	מגורותי	
	hittsilani	*megurothai*	

דרשתי) *Quæsiui.* Prima persona singularis, præteriti, verbi דרש, in coniugatione Kal, sicut למדתי. vide par.3. cap.2.coniug.1.

ויענני) *& audiuit me.* Tertia persona singularis, præteriti, verbi ענה audiuit, respondit, in coniugatione Kal, cum affixo primæ personæ. Siquidem tertia radicalis ad præsentiam affixorum excidere solet. Itaque à ענה

addito נִי, quod est affixum primæ personæ,& remota litera ה,fit עָנָנִי audiuit me, siue respondit mihi. vide pa.3.ca.6,num.

וּמִכֹּל) *& ex omnibus.* Litera ו seruilis est significans, & : habet autem punctum in ventre loco sceua propter sequentem literam labialem.vide par.4. ca.2.num. 11. Sequens particula מִ est præpositio מִן, quæ significat ex,ab,de, sed euphoniæ causa vbique perdit literam נ,& loco eius infigit daghes in sequenti, vide par.4. ca.2.num 7.De voce כֹּל־ dictum est versu primo.

מְגוֹרוֹתַי) *pauoribus meis.* Nomen est fœmininum numeri pluralis cum affixo primæ personæ. Radix est גור, quod verbum significat, peregrinari, & pauere. Inde fit nomen masculinum מָגוֹר,siue מְגוֹר, pauor, vbi litera מ est formatiua nominis. vide par. 2. ca. 2. ap. Ab hoc masculino מָגוֹר fit

fœ-

fœmininum מְגוּרָה vide par.2.cap.2.n. 2.in plurali מְגוּרוֹת, pauores. vide par. 2.c.2.nu.6.& cum affixo מְגוּרוֹתַי pauores mei.

: הִצִּילַנִי) *liberauit me.* Præteriti persona tertia singul.verbi נָצַל,in coniugatione Hiphil, cum affixo primæ personæ. Itaque à נָצַל, quod est verbum ex defectis Pe nun, fit in Hiphil הִצִּיל liberauit vide par.3.ca.3.Pe nun; &c. & cum affixo הִצִּילַנִי liberauit me.vide par,3.ca.6.num.6.& 24.sub litera ל est camets pro patach; siquidem ante affixum primæ personæ in verbis ponitur patach.vide par.3.c.6.num.6.tamen propter accentum soph pasuch vertitur hoc loco patach in camets vide par.2.ca.5.num.2.

הוֹ

VERSVS V.

eorum facies &: sunt illustrati & eum ad Aspexerunt

הִבִּיטוּ	אֵלָיו	וְנֶהֱרוּ	פְּנֵיהֶם
Hibbitu	*elav*	*venaharu*	*pheneheм*

confundentur. non

אַל־יֶחְפָּרוּ׃

jechparu al

הִבִּיטוּ) *Aspexerunt.* Tertia persona pluralis præteriti, verbi נָבַט in Hiphil. Verbum נָבַט ex defectiuis Penun, in Hiphil facit הֵבִיט, aspexit. Inde הִבִּיטוּ aspexerunt.

Sciendum est D. Hieronymum. & LXX. interpretes non legisse חִבִּישׁוּ, sed הַבִּישׁוּ, in imperatiuo, & ideo vertisse, accedite, videlicet oculis, id est, respicite.

אֵלָיו) *ad eum.* Præpositio cum affixo. Radix videtur esse אֵלָה, inde fit præpositio אֵל ad, & scribitur cum segol, vt distinguatur ab אֵל, quod est vnum ex nominibus Dei: cum affixo personæ mutat segol in tsere,

&

& additur jod post lamed, & fit אֵלָיו ad eum. vide par. 4. cap. 1. nu. 23. ap.

וְנֶהֱרוּ) *& illuminati sunt.* Tertia persona pluralis verbi נָהַר, in Kal נָ֫הַר significat confluxit, illuminaus est. in tertia persona plurali facit נֶהֱרוּ, vbi sub litera ה est sceua compositum, nõ simplex de more aliorum verborum, quia ה litera gutturalis est, & propterea non patitur sub se sceua simplex. vide par. 1. cap. 3. ap. nu. 3. Hoc autem loco proter accentum distinctiuum, ne sceua quidem est, sed camets. vide par. 2. cap. 5. nu. 2. Porrò D. Hieronymus, qui vertit confluite, & LXX. interpretes, qui verterunt illuminamini, non legerunt נֶהֱרוּ, sed in imperatiuo. נֶהֱרוּ.

וּפְנֵיהֶם) *& facies eorum.* Litera ו habet punctum in ventre loco sceua, quia præcedit literam labialem, nimirum פ. vide par. 4. cap. 2. num. 9. Illud autem, פְּנֵיהֶם, nomen est plurale

cum affixo, radix est פָּנָה, aspexit, inde fit nomen פָּנִים, facies, & solùm inuenitur in numero plurali. In regimine facit פְּנֵי, & cum affixo פְּנֵיהֶם, facies eorum. vide par. 2. cap. 4. Est autem obseruandum, D. Hieronymum, & LXX. qui verterunt, facies vestrę, non legisse פְּנֵיכֶם, sed פְּנֵיהֶם.

אַל) *non.* Aduerbium negandi, sicut etiam לֹא. vide par. 4. cap. 1. nu. 4.

יֵחָפְרוּ) *confundentur.* Tertia persona pluralis futuri Kal, à verbo חָפַר, quod est, erubuit, & confusus est. Habet autem sub litera jod punctum segol, propter sequentem gutturalem. vide par. 3. ca. 2. & sub litera ח habet sceua simplex pro composito, quia sequitur daghes lene. vide par. 1. ca. 3. ap. num. 2. Denique sub litera פ habet camets pro sceua, propter accentum distinctiuum. vide part. 2. cap. 3. numer. 2.

ז

VERSVS VI.

audiuit,	Dominus &	clamauit,	pauper	Iſte
שָׁמַע	לַיהוָה	קָרָא	עָנִי	זֶה
ſcameangh	*vadonai*	*kara*	*nghani*	*ze*
eum. ſaluauit	eius anguſtiis		omnibus ex &	
הוֹשִׁיעוֹ׃	צָרוֹתָיו		וּמִכָּל־	
hoſcingho	*tſarothau*		*umicol*	

זֶה) *Iſte.* Pronomen demonſtratiuum, generis maſculini, iſte, hic. vide par. 2. ca. 4. nu. 4.

עָנִי) *pauper*, à verbo עָנָה, quod eſt, humilis, & pauper fuit, fit nomen עָנִי pauper, vbi י eſt loco ה vltimæ radicalis.

קָרָא) *clamauit*, eſt perſona tertia ſingul. præteriti, maſculini generis, & proinde ipſa radix.

שָׁמַע) *audiuit*, eſt etiam ipſa radix, dicimus enim שָׁמַע & שָׁמֵעַ vide par. 3. ca. 2. num. 3. Porrò patach ſub litera ע eſt additum propter pronuntiationem literæ ע. vide par. 1. ca. 2.

וּמִכָּל־) Vide ſuprà verſu 4.

צָרוֹתָיו (*anguſtijs eius*, à verbo צוּר, quod eſt, anguſtiis affecit, fit nomen fœmininum צָרָה, anguſtia. In plurali צָרוֹת, anguſtiæ, cum affixo tertiæ perſonæ צָרוֹתָיו, anguſtiæ eius. vide p. 2. c. 4. n 6.

הוֹשִׁיעוֹ (*ſaluauit eum*. Radix eſt יָשַׁע, vnde fit יֶשַׁע ſalus. Inde verbum in Hiphil, הוֹשִׁיעַ, ſaluauit: Vide quiſcentia Pe jod, vide par. 3. cap. 4. addito affixo, fit הוֹשִׁיעוֹ, ſaluauit eum. vide par. 3. cap. 6. num. 6. Inde eſt nomen יְהוֹשֻׁעַ Ieſus. Nec enim ſcribi debet יֵשׁוּ, vt per contèptum Iudæi ſcibunt, neque יְשׁוּעָה, quod ſalutem, non ſaluatorem ſignificat, ſed יְהוֹשֻׁעַ, quod ſemper LXX. interpretes verterunt ἰησοῦς, vnde eſt Latinum, Ieſus; quod nomen fuit etiam Ieſu Naue, & Ieſu Ioſedech, qui typum geſſerunt Saluatoris noſtri: quod denique veram habet formam nominis proprij; & Saluatorem ſignificat, quum Iod initio

positum sit proprij nominis formatiuum, & reliquæ literæ sint verbi הוֹשִׁיעַ quod est saluare.

ח

VERSVS VII.

circa	Domini	Angelus	Castrametatur
סָבִיב	יְהוָה	מַלְאַךְ	חֹנֶה
saviv	*Adonai*	*maleac*	*Chone*
eos. eripuit &		eum timentes	
וַיְחַלְּצֵם׃		לִירֵאָיו	
vajechalletsem		*lireau*	

חֹנֶה] *Castrametatur.* Participium præsens à verbo חָנָה, quod propriè significat, castrametatus est. Sed quia carent Hebræi præsenti tempore Indicatiui, & pro eo vtuntur plerumq; participio præsenti, ideo חֹנֶה rectè vertitur, castrametatur, siue circundat more castrorum. Vide inflexionem verborum quiescentium lamed he: vide par. 3, cap. 4.

מַלְאַךְ] *Angelus* Nomen est hee-manticum, deductum à verbo לָאַךְ, inusitato, per additionem מ. vide

pa.2,cap.2,ap.

סָבִיב Præpositio est, significátque in circuitu, in gyro, circa: à verbo סָבַב, quod est, circuire. vide præpositiones, par.4.cap.1,num.22.

לִירֵאָיו *timentes eum.* Litera ל est articulus, & habet chiric loco duorum sceuaim, quorum vnum sub jod, alterum sub ipso lamed esse debuisset. Eadem enim est ratio literæ ל, & literæ י, quod attinet ad puncta subiecta: de quo vide par.4,cap.2, num.11. & 14. Remota igitur litera lamed, sequens dictio integra est יְרֵאָיו, quæ quidem est participium generis masculini, numeri pluralis cum affixo, à verbo יָרֵא, timuit. Participium enim est etiam יָרֵא, nec à præterito vllo modo differt. vide par.3, cap.2, Circa participium, &c. Porrò יָרֵא, timens, in plurali facit יְרֵאִים timentes, iuxta regulas mutationis punctorum. vide par.2,cap.5,Nunc de polysyllabis,

&c.

&c. & cum affixo יְרֵאָו timentes eum, vide par. 2, cap. 4, num. 5.

יחלצם] *& eripuit eos.* Litera ו est seruilis, vertítque significationem futuri in præteritũ. vide par. 4, cap. 2, n. 13. Vox autem יחלצם est persona tertia generis masculini, numeri singularis futuri, in conjugatione Piel, cum affixo tertiæ personæ pluralis masculini generis. Radix est חלץ, recessit: inde חלץ, remouit, eripuit: inde in futuro יחלץ, eripiet, & cum affixo יחלצם, eripiet eos, & cum vau versiuo ויחלצם, & eripuit eos. vide de affixis verborum in Piel, par. 3, cap. 6. num. 23.

Obseruandum est D. Hieronymum, & Lxx. interpretes, qui verterunt, & eripiet eos, non legisse vau cum patach, sed cum chiric, hoc modo, ויחלצם, & eripiet eos.

ט

VERSVS XIII.

Dominus:	bonus	quoniam	videte &	Guſtate.
יְהוָה	טוֹב	כִּי־	וִרְאוּ	טַעֲמוּ
Adonai	*tov*	*chi*	*ureu*	*Tanghamu*
in eo.	ſperabit		vir ille	beatus
בּוֹ	יֶחֱסֶה־	הַגֶּבֶר	אַשְׁרֵי	
ho	*iechſe*	*hagghever*	*aſcre*	

טַעֲמוּ) *Guſtate.* à pręterito טָעַם, guſtauit, fit in Imperatiuo ſecunda perſona pluralis טַעֲמוּ, guſtate: vbi patach eſt ſub prima radicali pro ſceua, aut chiric, propter ſequentem gutturalem. vide par.3,cap.2, obſeru. Kal.

וְרְאוּ) *videte.* à præteriio רָאָה, vidit, fit in imperatiuo רְאֵה, vide, & רְאוּ, videte. vide inflexionem verborum quieſcentium Lamed he.

כִּי) Coniunctio eſt, ſignificátque quoniam, quòd, quia, & ſimilia. vide par.4,cap.1,num.24.

טוֹב) *bonus.* à verbo טוּב, quod ſignificat, bonus fuit, nomen טוֹב bonus,

nus. Sciendum est autem subintelligi verbum substãtiuum, quum dicitur, gustate, & videte, quoniam bonus Dominus.

אַשְׁרֵי] *beatus.* A radice אָשַׁר fit verbum אָשַׁר, beatificauit, & nomen אַשְׁרֵי, beatus, & beati. Est enim vtriusque numeri, licet formã præ se ferat nominum numeri pluralis, & in regimine existentium.

הַגֶּבֶר] *ille vir*, Litera ה seruilis est, vim habens pronominis demonstratiui, more Græcorum articulorum. Punctum eius solenne est patach sequente daghes. vide par. 4, c. 2, num. 9. Nomen autem גֶּבֶר fit à verbo גָּבַר, quod est roborare, & ideo propriè significat virum, qui etiam apud Latinos à viribus sic appellatur.

יְחְסֶה] *sperabit.* Futuri tertia persona singularis, generi masculini, à verbo חָסָה sperauit. vide inflexionem

verborum quiescentium Lamed he, par.3, cap.4. Cur autem sub litera jod sit segol, & sub chet gutturali sit sceua, vide par.3, cap.2, obseru.6, & par.1, cap.3, ap.num.2. Et quamuis יִחְסֶה sit futurum, tamen rectè vertitur à D. Hieronymo, & à LXX. interpretibus per tempus præsens. Vtuntur enim Hebræi futuro pro præsenti, præsertim quando significatur continuatio actionis, vel habet vim modi potentialis, vt sit, confidit, pro confidere solet. vide par.3, cap.1. Notandum est etiam deesse hoc loco pronomen relatiuum, & sub intelligendum esse, qui. vide par.4, cap.5.

בּוֹ *in eo.* Litera serilis cum affixo. vide par.4, nu.16.

VERSVS IX.

non	quoniam	eius: sancti	Dominum	Timete
אֵין	כִּי־	קְדוֹשִׁין	אֶת־יְהוָה	יְרָאוּ
en	*chi*	*kedoscian*	*Adonai eth*	*Ierau*

defe-

cum.timentibus	defectus
לִירֵאָיו׃	מַחְסוֹר
lireav	*machsor*

יראו] *Timete.* Secunda perſona pluralis numeri, generis maſculini, modi imperatiui, à verbo יָרֵא, timuit. Et quidem ſecundùm regulas deberet eſſe Imperatiuus, יְרָא, time, יִרְאוּ, timete. vide par. 3, cap. 5, num. 2. Quia tamen à verbo etiam רָאָה, vidit, fit יִרְאוּ, videbunt, ne iſta verba confundantur, in priori dicimus יִרְאוּ, cum Aleph penitus quieſcente.

קְדוֹשָׁיו] *ſancti eius*, à verbo קָדַשׁ, ſanctus fuit, deducitur nomen קָדוֹשׁ, ſanctus. in plural קְדוֹשִׁים, ſancti, eum affixo קְדוֹשָׁיו, ſancti ejus. vide de mutatione punctorum par. 2, cap. 5, nu. 11.

כִּי) Vide ſuprà verſu 8.

אֵין) Aduerbium negandi. vide par. 4, cap. 1, num. 4.

מַחְסוֹר) *defectus*, à verbo חָסַר, defecit, formatur nomen per additio-

nem מ, quæ vna est ex literis Hee-manticis, מַחְסוֹר, defectus, inopia. vide par. 2, cap. 2, ap. Per additionem, &c.

יְרֵאָיו] *timentibus eum.* vide sup. v. 8.

ב

VERSVS X.

Dominũ & quęrentes & esurierunt: eguerunt Leunculi

כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ דֹּרְשֵׁי יְהוָה
Adonai vedoreſce veranghevu raſciu Chephirim
bono. omni deficient non

לֹא־ יַחְסְרוּ כָל־ טוֹב׃
lo iachſeru col tov

כְּפִירִים *Leunculi.* à verbo כָּפַר fit nomen כְּפִיר, & significat propriè leunculum jam grandiusculum, & ad prædandum idoneum, vt patet ex libro Ezech. cap. 19, ver. 3. & per metaphoram intelligitur tum hoc loco, tum apud Ezech. per leunculum homo diues, & potens, alienorum bonorum cupidus, direptórque.

רָשׁוּ] *eguerunt.* Tertia persona pluralis, præteriti, à radice רוּשׁ, eguit. Sic au-

autem flectitur præteritum, רָשׁ רָשְׁתִּ רָשְׁתִי רָשׁוּ vide quiescentia nghain vau, par. 5, cap. 4.

רָעֲבוּ] *esurierunt.* à רָעַב, esuriit; inde in tertia persona plurali רָעֲבוּ, esurierunt, & propter accentum distinctiuum רָעֲבוּ. vide par. 2, cap. 5, num. 2.

דּוֹרְשֵׁי] *quærentes.* Est participium actiuum numeri multitudinis in regimine, à verbo דָּרַשׁ, quæsiuit. Hinc enim דּוֹרֵשׁ, quærens, & in plurali דּוֹרְשֵׁי, & דּוֹרְשִׁים, quærentes.

לֹא] non. Aduerbium negandi.

יַחְסְרוּ] *deficient.* à verbo חָסַר defecit, fit futurum יַחְסְרוּ, deficient. vide par. 3, cap. 2, num. 6.

כָּל־ *omni*, Vide suprà versu 1.

טוֹב] *bono.* Etsi propriè טוֹב est nomen generis masculini, vnde fit fœmininum טוֹבָה, bona, & Hebræi plerunque vtuntur fœminino pro neutro, quo carent, vt D. Hieronymus docet in cap. 7. Ecclesiastæ, tamen

tuntur etiam non rarò ipso masculino, vt hoc loco, & alibi.

ל

VERSVS XI.

Domini timorem me; audite filij, Venite

יְהוָה יִרְאַת שִׁמְעוּ־לִי בָּנִים לְכוּ־

Adonai jireath li scimnghu vanim Lechu

vos.docebo

אֲלַמֶּדְכֶם

alammedchem

לְכוּ] *Venite*, secunda persona pluralis imperatiui, à verbo יָלַךְ, venit. vide inflexionem quiescentium Pe jod par. 3, cap. 4. Sciendum tamen est verbum יָלַךְ non esse in vsu in præterito, & participiis sed pro eo vsurpari verbum הָלַךְ, quod idem significat, sicut è contrario verbum הָלַךְ rarò est in vsu in infinitiuo, imperatiuo, & futuro, & pro eo vsurpatur verbum יָלַךְ

בָּנִים] *filij*, à verbo בָּנָה, ædificauit, fit nomen בֵּן, filius, quia filius est quasi

si opficium quoddam patris: in plurali בָּנִים, filij, in fœminino בַּת קָ, בִּנְתּ, filia, in plurali בָּנוֹת, filiæ. vide par.2. cap.5,except.2.

שִׁמְעוּ] *audite*, imperatiuus à radice שָׁמַע, sicut à לָמַד fit לִמְּדוּ. vide par.3,cap. 2,coniug.Kal.

לִי] Articulus cum affixo primæ personæ. vide. 2, cap.4, num.2. & quamquam ל fere est articuluus genitiui, aut datiui, tamen interdum etiam seruit accusatiuo. vide par.2, cap.2.

יִרְאַת] *timorem*, à verbo יָרֵא, timuit, fit nomen fœminium, יִרְאָה, timor, & in regimine genitiui יִרְאַת. vide par. 2,cap.2,Regimen,&c.

אֲלַמֶּדְכֶם] *docebo vos*. Prima persona futuri Piel cum affixo,à verbo לָמַד didicit. Vide inflexionem sine affixo, par.3, cap.2, & cum affixo par.3,c,6, nu.32.

מ

VERSVS XII.

dies	diliget	vitam?	vult qui	vir ille	Quis
יָמִים	אֹהֵב	חַיִּים	הֶחָפֵץ	הָאִישׁ	מִי
iamin	*ohev*	*chajim*	*hechaphets*	*haiſc*	*Mi*
		bonum.	ad videndum		
		טוֹב׃	לִרְאוֹת		
		tov	*lireoth*		

מי] *Quis*, Pronomen relatiuum, & interrogatiuum, quod de ſolo homine dicitur. vide par. 2, cap. 4, nu. 8.

האיש *ille vir*. Litera ה deſeruit demonſtrationi, habet camets pro patach, quia ſequens litera non eſt capax daghes. vide par. 4, cap. 2, num. 9. Vox איש eſt ipſa radix, & ſignificat virũ, vt à fœmina diſtinguitur, & ponitur pro marito ſiue maſculo. Inde אשה, mulier, fœmina, vxor. Dicitur etiam איש vnuſquiſque, quilibet, quicũque. Deeſt hoc loco verbum ſubſtantiuum de more Hebræorum, integra enim ſententia eſt, Quis eſt ille vir? vide p. 4. c. 4, n. 6.

החפץ

הֶחָפֵץ) *qui vult.* Litera ה præposita participio, seruit loco relatiui אֲשֶׁר qui, & habet segol, quia sequitur gutturalis affecta puncto camets. vide par. 4, c. 2, num. 9. except. 1. Vox autem חָפֵץ est participium, à verbo חָפֵץ, voluit. Hebræi pro præsenti, quo carent, vtuntur participio, præcedente pronomine. vide par. 3, c. 1, Secundo loco, &c.

חַיִּים) *Vitam*, nomen est pluralis numeri, nec habet singularem, vt apud Latinos opes, deliciæ, angustiæ, &c. deducitur à verbo חָיָה, vixit. vide par. 2, c. 2, num. Porrò, &c.

אוֹהֵב) A præterito אָהַב dilexit, fit participium numeri singularis אוֹהֵב, diligens, sed explicatur per præsens, diligit, quia pertinet huc etiam relatiuum præfixum participio חָפֵץ.

יָמִים) *dies.* Radix est יוֹם, dies, in plurali יָמִים, dies, vide par. 2, c. 5, nu. 8, except. 1.

לִרְאוֹת] *ad videndum.* Infinitiuus eſt cum litera lamed formatrice gerundij a verbo רָאָה, vidit. inflexionem huiuſmodi verborum habes vide p. 3,cap.4.De literis formatricibus gerundiorum vide par.3.cap.2, num.5. Habet autem litera lamed ſub ſe chiric pro ſceua, ne duo ſceuaim initio concurrant.vide par.3, cap.2, num.5.

טוֹב] *bonum.* D. Hieronymus, & Lxx. interpretes, qui verterunt, dies videre bonos, non ad verba, ſed ad ſenſum ; reſpexiſſe videntur. Nam טוֹב ſingulare eſt, & in plurali habet טוֹבִים:

נ

VERSVS XIII.

tua labia &	malo,à	tuam linguam	Cuſtodi
וּשְׂפָתֶיךָ	מֵרָע	לְשׁוֹנְךָ	נְצוֹר
uſephathecha	*merangh* dolum.	*leſcioncha* loquendo à	*Netſor*
	מִרְמָה:	מִדַּבֵּר	
	mirma	*midabber*	

נְצוֹר] *Cuſtodi.* Imperatiuus à verbo

נָצַר

נָצַר, custodiuit, esse debuit צַר custodi. vide defectiua Pe nũ, par.3,cap.3. Tamen interdum etiam verba ista defectiua sequuntur normam perfectorum, vt hoc loco à נָצַר fit נְצוֹר, sicut à לָמַד fit לְמוֹד. vide par.3, cap.2, Kal, & cap.3.

לְשׁוֹנְךָ] *linguam tuam.* à verbo לָשַׁן inusitato fit nomen לָשׁוֹן, lingua, in regimine לְשׁוֹן cum affixo לְשׁוֹנְךָ, linguam tuam. vide par.2, cap.4,num 5.

מֵרָע] *à malo.* Litera מ seruit loco præpositionis à, ab, & habet tsere, quia sequens non capit daghes. vide par.4,cap.2, num.7. Vox autem רַע deducitur à verbo רוֹעַ, malum esse. Dicimus enim רַע, malus, & malum, & רָעִים, mali, & mala, & scribitur quidem ferè רַע, tamen hoc loco propter accentum distinctiuum habet camets. vide par.2,cap.5,num.2.

וּשְׂפָתֶיךָ] *& labia tua.* Litera ו seruit loco coniunctionis, &. Habet verò

punctum in ventre loco sceua, propter sequens sceua. vide par. 4, cap. 2, numer. 9. שִׂפְתֶיךָ est nomen pluralis numeri, cum affixo. Radix est שָׂפָה labium, in duali שִׂפְתַיִם, labia, & cum affixo שִׂפְתֶיךָ, labia tua. vide par. 2, ca. 4. num. 5.

מִדַּבֵּר] *à loquendo.* Infinitiuus cum litera מ formatiua gerundij, in coniugatione Piel, à verbo דִּבֵּר, quod est, loquutus est. vide par. 3, cap. 2.

מִרְמָה] *dolum.* nomen fœmininum heemanticùm. Deriuatur à radice רָמָה, fraudauit. vide par. 2, ca. 2, ap. Per additionem, &c.

ס

VERSVS XIV.

quære	bonum:	fac &	malo à	Declina
בַּקֵּשׁ	טֹוב	יְעַשֶּׂה	מֵרַע	סוּר
bakkeſc	*tov*	*vanghaſe*	*merangh*	*Sur*
eam. perſequere &			pacem	
וְרָדְפֵהוּ׃			שָׁלוֹם	
verodphehu			*ſcalom*	

סוּר] *Declina.* imperatiuus à præterito

terito סָר in Kal ex quiescentibus nghain vau. vide par.3,cap.4,Kal.

מֵרַע] *à malo.* vide superiori versu.

וְעֲשֵׂה] *& fac.* Litera ו seruilis est significans, &. Habet autem sub se patach, quia litera sequens est gutturalis. vide par.4,cap.2, num.11. Vox autem עֲשֵׂה, est imperatiuus in kal à præterito עָשָׂה, fecit. vide inflexionem par.3, cap, 4. Habet verò עֲשֵׂה pro sceua simplici sceua compositum sub prima radicali, quia ea litera gutturalis est.

טוֹב] *bonum*, vide sup. ver. 8, & 12.

בַּקֵּשׁ] *quære*, imperatiuus in Piel, à præterito בִּקֵּשׁ, quæsuit, part.3, cap.2.

שָׁלוֹם) pacem. nomen à verbo שָׁלַם, pacifium esse.

וְרָדְפֵהוּ) *persequere eam.* Imperatiuus cum affixo à præterito רָדַף, persequutus est. Imperatiuus est רְדוֹף, persequere: sed propter affixum verti-

tur ſceua in camets chatuph, & cholem in ſceua, & addito affixo fit רִדְפֵהוּ vide par.3,capit.6,num.16.& 20. Nota etiam illud הוּ eſſe affixum proprium verborum. vide par. 3, capit.6. num.4.

ע

VERSVS XV.

eius aures &	iuſtos, ad	Domini	Oculi
וְאָזְנָיו	אֶל־צַדִּיקִים	יְהוָה	עֵינֵי
veoznav	*iſaddikim el*	*Adouai*	*Nghene*

eorum.clamorem ad

אֶל־שַׁוְעָתָם׃

ſciavnghatham el

עֵינֵי) *Oculi*. Radix ex עַיִן oculus: in duali עֵינַיִם, oculi, & in regimine עֵינֵי, vide par. 2, cap. 1, nu. 6, & ca. 5, numer. 14.

אֶל־) *ad*, præpoſitio. Vide ſupra, ver. 5.

צַדִּיקִים) *Iuſtos*, à verbo צָדַק, iuſtus fuit, fit nomen ſex punctorum צֶדֶק, iuſtitia, & צַדִּיק, iuſtus, in plurali צַדִּיקִים, iuſti. vide part. 2, cap. 1, nu. 4,

אזניו] *aures eius*. Radix est אזן auris, in duali אזנים cum affixo אזניו. vide de mutatione horum punctorum, par. 2, cap. 4. & 5.

שועתם] *clamorem eorum* à verbo שוע, clamauit, fit nomen fœmininum שועה, clamor in regimine שועת, cum affixo שועתם clamor eorum vide par. 2, cap. 5, num. 5.

VERSVS XVI.

perdendum ad malum, facientes in Domini Vultus

להכרית	רע	בעושי	יהוה	פני
lehachrith	*rangh*	*benghoſe*	*Adonai*	*Pene*
eorum memoriam		terra de		
זכרם:		מארץ		
zichram		*meereis*		

פני] *Vultus*. à uerbo פנה, aſpexit, fit nomen plurale פנים facies, vultus, & per metaphoram, ira, furor: in regimine פני vide ſuprà verſu 5.

בעושי] *infacientes*. Litera ב ſeruilis eſt, deſeruitq; loco præpoſitionis, in. vide par. 4, cap. 2, num. 14. Vox autem

עוֹשֵׂי est participium numeri multitudinis in regimine, à præterito עָשָׂה, fecit. Dicimus enim עָשָׂה, fecit. עֹשֶׂה, faciens, עֹשִׂים, facientes, עוֹשֵׂי רַע, facientes mali, siue malum, vt requirit Latina Syntaxis.

רַע) *malum.* Vide sup. 13. versu.

לְהַכְרִית) *ad perdendum.* Infinitiuus cum litera seruili formatrice gerundii, in coniugatione Hiphil, à verbo כָּרַת, excidit, perdidit.. Vide inflexionem par. 3, cap. 2.

מֵאֶרֶץ) *terra* Litera מ seruit loco præpositionis De, ex, ab, & habet tsere pro chiric, quia sequens litera non est capax daghes. vide par. 4. c. 2, num. 7. Vox אֶרֶץ est ipsa radix, & significat terram in genere.

זִכְרָם) *memoriam eorum*, à verbo זָכַר, recordari, fit nomem זֵכֶר memoria, זִכְרָם, memoria eorum. vide par. 2, cap. 4, num. 5. De mutatione horum punctorum vide par. 2, cap. 5, nu. 18.

צ

VERSVS XVII.

omnibus ex &	audiuit,	Dominus &	Clamauerunt,
וּמִכֹּל--	שָׁמַע	וַיהוָה	צָעֲקוּ
umiccol	*ſciameangh*	*Vadonai*	*Tſanghakù*
	eos.eruit	eorum anguſtiis	
	הִצִּילָם׃	צָרוֹתָם	
	hitſillam	*tſarotham*	

צָעֲקוּ) *Clamauerunt.* Tertia perſonæ præteriti pluralis Kal verbi צָעַק, clamauit. Habet autem ſub ſecunda thematis ſceua compoſitum pro ſimplici, quia ea litera gutturalis eſt.

שָׁמַע) *audiuit.* vide ſuprà ver. 6.

וּמִכֹּל-) *ex omnibus.* vide ſup. v. 4.

צָרוֹתָם) *anguſtijs eorum.* à verbo צוּר fit nomen צָרָה in plurali צָרוֹת, cum affixo tertiæ perſonæ pluralis צָרוֹתָם. vide par. 2, cap. 4, num. 5.

הִצִּילָם) *eruit eos.* à radice נָצַל fit in Hiphil הִצִּיל vide Pe nun par. 3, cap. 3. & cum affixo, הִצִּילָם vide par. 3, ca. 6, nu. 24.

ק

VERSVS XVIII.

attritos & corde: contritis Dominus Propinquus

דַּכְּאֵי	וְאֶת־	לֵב	לְנִשְׁבְּרֵי	יְהוָה	קָרוֹב
daccee veeth		*lev*	*leniſebere*	*Adonai*	*Karov*
		ſaluabit.		ſpiritu	
		יוֹשִׁיעַ׃		רוּחַ	
		ioſciangh		*ruach*	

קָרוֹב] *Propinquus*. nomen à radice קָרַב, appropinquauit.

לְנִשְׁבְּרֵי] *contritis*. Litera ל ſeruilis eſt, ſeruítq; pro articulo datiui caſus, vide par. 2, cap. 2, num. 10. Vox autem נִשְׁבְּרֵי eſt participiũ numeri multitudinis, in regimine, à verbo שָׁבַר, in conijugatione Niphal. Dicimus enim שָׁבַר, contriuit. Inde in Niphal נִשְׁבַּר, contritus eſt. Inde participium נִשְׁבָּר, contritus. In plurali נִשְׁבָּרִים, contriti, in regimini נִשְׁבְּרֵי.

לֵב] *cor*. Radix eſt לֵבָב, quod eſt nomen integrum, & cor ſignificat, Inde per ſyncopem dicitur לֵב, & idẽ ſignificat. Vide de huiuſmodi nomi-

num

num formatione par.2,cap.2.ap.

אֵת) Articulus est accusatiui. Vide par.2, cap.1,num.16.

דְּכְאֵי) *attritos*. à verbo דָּכָא, quod in Piel significat , attriuit , fit nomen דַּכָּא, atritus, in plurali דַּכָּאִים, attriti, in regimine דַּכְּאֵי vide par.2,cap.1, numer.13.

רוּחַ) *spiritus*, à verbo רָוַח, quod est. respirauit,fit nomen רוּחַ,spiritus, ventus, mens : éstq,nomen fœmininum habens in plurali רוחות.vide par.2.ca. 1,nu.3.except.Sunt,&c.

יוֹשִׁיעַ) *saluabit* , futurum Hiphil à radice יָשַׁע.vide suprà ver,6.

ו

VERSVS XIX.

omnibus his ex	iusti,	afflictiones	Multæ
וּמִכֻּלָּם	צַדִּיק	רָעוֹת	רַבּוֹת
vmiccullam	*tsaddic*	*ranghoth*	*Rabboth*
	Dominus.	eum eruet	
	יְהוָה׃	יַצִּילֶנּוּ	
	Adonai	*iatsilennu*	

רַבּוֹת) *Multæ*, à verbo רָבַב multi-

plicauit, fit nomen רַב, multus רַבִּים, multi, & in fœminino רַבָּה, multa, in plurali רַבּוֹת, multæ: vbi punctum daghes est propter defectum alterius ב radicalis. vide par. 2, cap. 5.

רָעוֹת] *mala, afflictiones.* à verbo רוּעַ, mulus fuit, fit nomen רַע, malus, רָעִים, mali. רָעָה, mala, רָעוֹת, malæ. Remanet autem vbique camets sub prima radicali, ad significandum defectum secũdę radicalis. vide par. 2, cap. 5. nu. 7. vbi etiam notadum tum רַע, tum רָעָה accipi in Scripturis, & pro adiectiuo, malus, & mala, & pro substantiuo, malum, seu malitia, siue afflictio.

צַדִּיק] *iustus.* Vide suprà ver. 15.

וּמִכֻּלָּם] *Et ex omnibus illis.* Litera vau est seruilis, significans, & habétq; punctum in ventre, quia litera sequens est labialis. vide par. 4, cap. 2, num. 11. Litera מ est etiam seruilis: significans, ex, habétque chiric sequen-

te daghes, quia integra præpositio est כִּן, sed vltima litera ornatus gratia abiicitur, & eius defectus notatur per daghes infixum in sequenti litera. vide par. 4, cap. 2, num, 7. Illud autem כֻּלָּם compositum est ex כֹּל, id est, omnes, & הֵם, id est, ipsi. Et quidem כֹּל, de quo suprà versu 1, cum affixis mutat cholem in kibbuts, quia tunc latebat in litera ל, ob defectum alterius ל radicalis. Radix enim est כָּלַל, perfecit, nec potest commodè ante daghes forte poni longum punctum, Itaque ex כֹּל & הֵם, fit כֻּלָּם. vide par. 2, cap. 1.

יְצִילֵנוּ] *eruet eum.* à radice נָצַל fit præteritum in Hiphil הִצִּיל, eruit: inde est futurum יַצִּיל eruet, & cum affixo יְצִילֵנוּ, eruet eum. Vide suprà versu 4.

ש

VERSVS XX.

eis ex	vnum	eius: ossa omnia	Custodiens
מֵהֶנָּה	אַחַת	נִכְלְ–עַצְמוֹתָיו	שׁוֹמֵר
mehenna	*achat*	*nghaiſmothav col*	*Sciomer*

contritum.est non

לֹא	נִשְׁבָּרָה׃
lo	*niſchara*

שׁוֹמֵר (*Custodiens.* à præterito שָׁמַר, custodiuit: fit participium שׁוֹמֵר, custodiens, quamquã etiam rectè vertitur, custodit, à D. Hieronymo, & à LXX. interpretibus, quia Hebræi sæpe vtuntur participio præsenti, pro præsenti Indicatiui, quo carent.

עַצְמוֹתָיו) *ossa eius*, à verbo עָצַם, roborauit, fit nomen עֶצֶם, os, robur, fortitudo, in plurali עֲצָמִים & עֲצָמוֹת, ossa: inde cum affixo עַצְמוֹתָיו, ossa eius.

אַחַת) *vna*, est numerus cardinalis generis fœmini, sicut etiam os ossis hoc loco est generis fœmini. vide tabellam numerorum par. 2, capit. 3.

מהנה

מֵהֶנָּה) *ex eis*, præpositio cum pronomine generis fœminini numeri multitudinis. vide par. 2. cap. 4. num. 2. Est autem daghes in litera post longam vocalem ratione accentus. vide p. 1, c. 2, ap. 2.

לֹא) *non*. Aduerbium negandi. vide par 4, cap. 1, num. 4.

נִשְׁבָּרָה) *contritum est*. à radice שָׁבַר, contriuit, fit præteritum in Niphal, נִשְׁבַּר, contritus est, & in fœminino נִשְׁבָּרָה, contrita est. Vertimus tamen hoc loco, contritum est, quia os apud Latinos est generis neutri. Porrò sub litera נ est camets pro sceua, propter accentum. vide par. 2, capit 5, nu. 2.

ת

VERSVS XXI.

qui oderunt &	malitia.	impium	Interimet
וְשׂוֹנְאֵי	רָעָה	רָשָׁע	תְּמוֹתֵת
veſonee	*rangha*	*raſciangh*	*temotheth*

desolabuntur.	justum
יֵאָשְׁמוּ:	צַדִּיק
iesciamu	*tsaddik*

תְּמוֹתֵת] *Interimet.* à verbo מֵת, mortuus est, fit in coniugatione Poel מוֹתֵת, interemit, inde in tertia persona futuri generis fœminini, numeri singulari תְּמוֹתֵת, interimet. Vide inflexionem par. 3, cap. 2, coniug. 5. &c. 4, quiescentium nghain.

רִשְׁע] *impium.* à verbo רָשַׁע, impius fuit, fit nomen רִשְׁע, impius.

רָעָה *malitia.* Vide versu 19.

שׂוֹנְאַי] *qui oderunt.* à præterito שָׂנֵא odit, fit Benoni שׂוֹנֵא, odiens, qui odit. in plurali שׂוֹנְאִים, odientes; & in regimine שׂוֹנְאֵי: participia enim flectuntur more nominum.

צַדִּיק] *justum.* vide suprà versu 15. deberet quidem verti, justi, quia genitiui casus est apud Hebræos, tamen vertimus justum propter Latinam Syntaxim.

יֶאְשְׁמוּ) *delinquent*, vel *desolabuntur*. à præterito אָשַׁם, deliquit, seu desolatus est, fit futurum יֶאְשְׁמוּ, delinquent, siue desolabuntur. Ponitur autem hoc loco camets pro sceua, sub litera שׁ, propter accentum distinguentem. vide par. 2, cap. 5, num. 2.

פ

VERSVS XXII.

non & suorum; seruorum animam Dominus Redimens

וְלֹא	עֲבָדָיו	נֶפֶשׁ	יְהוָה	פּוֹדֶה
velo	*ghavadav*	*nepheſc*	*Adonai*	*Pode*

eo. in confidunt qui omnes desolabuntur

בּוֹ׃	כָּל־הַחוֹסִים	בְּ	יֶאְשְׁמוּ
bo	*hachoſim*	*col*	*ieſciemu*

פּוֹדֶה) *Redimens*, à præteriro פָּדָה redemit, fit Benoni פּוֹדֶה, redimens, hoc est, redimit.

נֶפֶשׁ) *animam*, est ipsa, radix, siue primitiuum nomen.

עֲבָדָיו) *seruorum suorum*, à verbo עָבַד, seruiuit, fit nomen עֶבֶד, seruus: in plurali עֲבָדִים, serui, in regimine עַבְדֵי, & cum affixo עֲבָדָיו.

הַחוֹסִים) *qui sperant.* Litera ה præposita participio seruit loco pronominis relatiui. Illud autem חוֹסִים est participium, à verbo חָסָה sperauit. Hinc enim fit participium חוֹסֶה, sperans, & in plurali חוֹסִים, sperantes : vertimus tamen qui sperant, quia vtunturHebræi participio loco præsentis temporis, & tunc maximè quum præcedit pronomen.

בּוֹ) *in eo.* præpositio cum affixo. vide Quiescentia Lamed He , par. 3, cap. 4.

FINIS, LAVS DEO.

K 6 III 64. (10)

Diese Schrift d. k. k. Bücher
Koch, Zensurlehrer